Ostéso q mutatio tépoꝝ vľ aeris é egritudialis: osté-dit bic mutationé aq̃ eẽ egritudinalé cópará-do eã ad aeris mutationé: ⁊ p in vli 2° in spãli. ibi 2° in. 16. pble. p° itez in duas. p. n. cóparat mutationé aq̃ ad muta tioné aeris. 2° ad mutationé ciboꝝ. ibi 2° in 2° pble. Pro-ponit ğ dubitationé dicés. ¶ Quare é q pmutare aquas sic dicüt medici i bibédo eas é egritudiale: aeré aũt trásmu tare nó é egritudiale. ¶ Deide [Qꝛ bec.] Soluit: ⁊ diuidit in tres. p. n. ponit vnã solóné dicés cãz eẽ qm aq̃ sit nobis velut eẽt nutriméntú. facit. n. p mébra nutriméntú tráſire có miscédo ip3 ⁊ ét reddés bomogeneú: q̃ quo cedat in nutri méntú: ⁊ quo nó dictú est alibi sufficiéter. facit. n. nutrire ⁊ nó nutrit ipa. Uñ dič q búres nutriméntú iã itra se assum ptú: q̃ ad digóné pam ⁊ 2am: ⁊ ét q̃ ad 3am vnétes illo: faciunt ipm descédere ⁊ ipgi p mébra ⁊ adberere mediáte aq̃: qd de aere nó 2tigit: nó. n. assumiť in ciboꝝ admixtióe ipel-lés ipsos p mébra. ¶ Nónm sič pót colligi ex dictis Aui. p can. fen p°. aq̃ duplex est iuuaméntú: vnũ qꝛ fač penetrare cbilú in stõcbo ⁊ in itestinis supiorib' existé: in venas me seraicas: q̃ süt vene pue subtiles ptése a stõcbo ⁊ itestinis ad epatis 2cauitaté: ad eã pdictú cbilú attrabétes. aliud é q in stõcbo pmanés ipsa pmiscet grossuz terrestre ciborũ cú subtili aereo: ⁊ sit vnú: qd ⁊ postea meli' cóprebédiť a vtute retétiua ⁊ digeriť a digestiua. Et nó é absurdú dicé: q postq̃ ps aq̃ sitatis tráſiuerit vias epatis ⁊ in vesicã de-uenerit: q ipsius aliqd retineať adbuc i mébris faciés pe netrare nutriméntú cú igrossať in puas coágustatióes ve-naꝝ: q̃usq3 mébris adbereat: q̃ ⁊ postea isensibilr expira-tióe aut sudore emittiť extra. ¶ Deide [Amplius.] Dič 2° ponit aliã solóné dicés: h ét eẽ: qm plime süt spés vel mo-di aq̃ fm scipsas magis: qꝛ alia est dulcis: alia amara: q̃dã salsa: itidé alia leuis alia grauis: item alia grossa: alia subti-lis: alia turbida: alia clara: alia media: sic qdez pót exponi: nó tñ aq̃ de se vere dz bře pdictas dñas: imo puras q̃lita-tú pmas: cú sit corp' simplex: pp qd addidi fm scipsas. s. magis: qm süt alie ci' spés q̃ nó videnť ipsi sic fz se iesset vt qꝛ alia fontalis: alia paludosa: alia puteal ⁊c. Sz in aere nó repiunť tot diuersitatũ modi: cú sit formalior aq̃ ⁊ mi-nus diuersificabilis ⁊ mãlis. videm'. n. q quáto maior sit ad supiora ascésus plus 2tigit in entib' iuenire de forma-litate ⁊ min' de mãlitate: vñ iter simplicia ignis é forma-lissimú corporꝝ: ⁊ terra mãlissimú: ⁊ io ifert ét vnã cãrum eẽ: q̃re mutatio aq̃ ⁊c. Qd declat dicés. in aere nãq3 cótin git q q̃si pmaneat fere vn' aer codé mó: nó diuersificat' differétijs ap. s. recedétes ⁊ apud illos ad quos accedit: sed in aqs 2tingit ab h diuersũz sič declatú existit. Dicit autẽ fere castigádo illud dcm. aeris aũt nó: eo q i aere est etiaz diuersitas aliq̃: ⁊ si sit modica: cú sit infra igné formalissi-mú corporꝝ: qd ⁊ p ly fere isinuauit. Et fortasse illic. Qua-re ⁊ tertiã qs adduceť solóné: vt dicať: q̃re ⁊ ista ét est cãe qm 2tingit in aere fieri illud idé: qd accidit facere recedé tes a nobis qm modicú stãtes nobiscú recedét statim: ita aer cito aduenit subintrádo ⁊ recedit sul subtilitate: sz aq̃ assúpta iteri' diu gescit. Istud tñ ⁊ si vitaté bz: ltře tñ ⁊ mó derogat Ari. p ly q̃re ⁊ ly idé: ⁊ io reuertor poti' ad itellm priozé. ¶ Deide [Propter qd.] Dič 3° ifert 2nẽ pncipalr itentã pdictaꝝ solonú dicés: ⁊ io bñ appet dictú eẽ ab an-tiqs q mutatio aq̃ sit egritudialis: nó aũt sič mutatio ae-ris ⁊c. ¶ Nóndú ad isti' dubitationis vificationé: q aut sit cóparatio aeris pestiléntialis in suba vel cóplone ad ipas aq̃s róne mutatióis aut nó. si sič: dico idubitáter q dete-rius est nocuméntú mutatióis ad talé aeré q̃ aquaꝝ: subi-to. n. vadés ad cor iterficit: sič visuz est padue i aptióe pu-teoꝝ ⁊ cauernaꝝ: silr h est videre i febrib' pestiléntialib': sič dcm é in 7° pble. si aũt nó sit pestiléntialis in suba vľ có plexióe: aut totalis mutatio aeris sit de extremo climatú in extremú: vt ex idia in scbotiã vel sclauoniã: ⁊ tunc dico itez bõ mutationé aeris maxie subitã deteriozé eẽ muta-tióe aquaꝝ. Uñ Aui. p. can. fen pma: loqués de tépaméto climatú ait. Corp' idi si fm cóplone sclaui q̃lefiet aut ifir mabiť aut morieť ⁊ c2: aut nó sit pmutatio aeris adeo to talis ⁊ extrema: sz ptialis ⁊ ppinqua: vt cú aliqs se trãsmu tat de vna puintia affini in aliã: ⁊ vlr de loco ad locú pro-pinquú: sič appet cú qs ex picardia se trãsferret i flãdriã: vbi pessime sunt aque: ⁊ h mó vi mibi q fmo verificeť Arist. de quo dictú est amplius in alia scriptura. Et iste q̃-dé trãsmutatióis modus cã breuitatis deicceps taceať.

¶ Problema. XIIII. Antiqua.

Propter qd magis aq̃ q̃ ciboꝝ muta-tio egritudinalis: qꝛ plim cósumimus aquã. In cibis. n. existit ⁊ pulméntis ⁊ in potu plurima aqua. Noua.

¶ Cur ciboꝝ mutatio min' q̃ aq̃ grauis occur-rat. An qꝛ plim aq̃ cósumimus. Nã ⁊ in pane ⁊ obsonijs ⁊ in potu aq̃ vsus plurim' est.

Núc 2uertit se Arist. ad cópandú silr vnã ré nó nãlé c' ps igrediť i viã pot' ⁊ alia cibi. Proponés itaq3 p mir' dič. ¶ Qr é q pmutatio aq̃ magi nata é cãre egrit q̃ mutatio ciboꝝ. ¶ Deiñ [Aut qꝛ.] Soluit ⁊ dič istd ac-cidere: qm aq̃ plim vtimur 2sumédo eã necẽitatib' nřis q̃ vtamur cib. Et declat: ipa. n. existit i cib ét siccis nã ⁊ arte: qm aliq̃ 2cedúť 2dita sič pãis legumia ⁊ bõ sicca: fruimur ipa ét i pulmtl. i. i cib liqdis brodialib' dcoq̃ndo ipos i ea ⁊ infeula ide cóponédo. silr vtimur i magna q̃ti' aq̃ potũ-

Modi aq

Tot mōte in aere in cōueniře,

do cā:eo q ipsaꝫ multotiēs bibim⁹ purā:sic ea vtunt̄ sarra
ceni. Aut potꝰ nr̄ est plurime cōmixtiōis ipsiꝰ:in terris eni
Ari. qꝛ vina fortia erāt:bibētes ēt vinū mltū admiscebāt
aq̄. vn̄. 4. de gene. aialiū. Quin ⁊ iter terras ⁊ aq̄s interest
eisdē de cāis. Qualitatē. n. q̄dā potissimū recipit ⁊ alimē
tū ⁊ dispō corpis ex tēpamēto aeris ꝯtinētis ⁊ sibi igredie
tis:sꝫ pcipue ex alimōia aq̄. vsus. n. hꝰ plimꝰ ē atqꝫ in oibꝰ
Aq̄ crude qd̄ cāēt. aq̄ alimēto est ēt siccis. Quāobrē aq̄ crude ⁊ fride aut ste
rilitatē aut ptū femineū faciūt:⁊ h̄ ꝯmo dilucidat ēt ante
riꝰ plixiꝰ. Sic vtiqꝫ vtēdo cibo vtimur ēt aq̄ ipsi inexriti
vtēdo potu vtimur aq̄ : ⁊ nō eꝫ qd̄ vtēdo potu vtimur ci
bo:cū aq̄ nō cibet:pp qd̄ reddit̄ nobis valde ꝯsueta:muta
re ṽo ꝯsuetudinē ē valde nociuū ⁊ molestū:sic scribit̄ i se
quēti pble ⁊ ab Almā. ⁊ ēt ab Hip. in. z. regi. acu. pp qd̄ si
aq̄ q̄ vtimur fuerit praua:mltū poterit ledere. ⁊ iō medici
⁊ pcipue arabes vehemēter studēt aq̄s rectificare pꝰ aerē.
Et pōt talis rō h̄ cōponi. Qd̄ sepiꝰ pmutādo occurrit cor
pori nr̄o:magꝭ ipꝫ imutat alio n̄ sic occurrēte:dū sit fortio
ris poᶜ aut eq̄lis alio pmutāte:sꝫ h̄ ē in aq̄ ⁊ nō in cibo. q̄
re ⁊c. ¶ Nōnᵐ est q q̄uis cibꝰ ꝯuertat̄ in hūorē ⁊ mēbrū
⁊ nō aq̄:eiꝰ tn̄ mutatio n̄ tm̄ ledit. nō. n. nā ipꝫ attrahit ni
si expoliatū exn̄eis q̄litatibꝰ valde. Cibꝰ. n. nutriēs ē denu
datꝰ ab oi q̄litate excellēti ꝯm Gal. in zª ptiª afo. ⁊ sic oino
p tpe ei assilat̄. In aq̄ ṽo qꝛ nāe itētio nō ē eā icorporādo
corpi assilare:nō fit eiꝰ talis depuratio purū ab ipuro seq̄
strādo. Itē aqua subtilis citiꝰ penetrat pp qd̄ magis ledit.
¶ Attēdēdū q si Isaac dicat i dietis vliꝰ ⁊ i lib. elemētoꝝ.
q simplex nō agit i cōpositū sic cōpositū i cōpositū:tn̄ qꝛ
aq̄ corpi sepe ⁊ velociter occurrit:⁊ qꝛ talis nō est aq̄ sim
plex oino. iō pōt maiorē imutationē cibo corpi cāre. Am
Nō simplex agit super compositū. plius aq̄ magis pmutat cū magis sit exn̄ea ⁊ remotior pn̄
cipijs nre gn̄onis ipsis cibis:eo q corpꝰ nr̄m sit cōpositūꝫ
cibis ꝯsilē:de hac tn̄ rōne posset quis ꝓteruire.

¶ Problema. XV. Antiqua.

PRopter qd̄ asit mutatio egritudialis.
Aut qꝛ ois qdēꝫ mutatio ⁊ tpis ⁊ eta
tis bn̄ mobilis ē:bn̄ mobilia aūt extre
ma vt ⁊ pricipia ⁊ fines : sicut ⁊ nutri
mēta alia exn̄tia adiuicē se corrūpūt:h̄ qdē mō:
hec ṽo nōdū ꝯglutinata sūt. Amplꝰ queādmo
dū diuersus cibꝰ egritudinalis pturbabil' erit:⁊
nō vna digestio. sic accidit mutātibꝰ aquā diuer
so potꝰ vti nutrimēto:⁊ tale nutrimētū pricipa
liūs sicco ē ēt plurimū eē. Ex ipsis his cibis hu
midū fieri nutrimentum. Noua.

¶ Sꝫ cur cibi ⁊ aque mutatio grauis sit. An q
ois mutatio ēt tpis ⁊ etatis motu facilis ē. Ex
trema nāqꝫ gn̄is cuiuscūqꝫ moueri facile pn̄t:
q̄o ⁊ principia ⁊ fines. Ergo ⁊ cibi q inter se
distāt corrūpere seinuicē q̄unt. Quippe cū aut
nup aut nōdūꝫ adheserit q p̄cesserat. Ad hec vt
variꝰ cibꝰ grauis est:turbulēta. n. nec eq̄lis cōco
ctio eiꝰ agit̄. sic i his accidit q aquā mutarit. s. vt
varie potiōis vtant̄ alimēto:estqꝫ id alimēti ge
nꝰ q̄ꝫ siccū valētiꝰ:qm̄ plim est. Exqꝫ cibis ipis:
nō nisi quātū dilutū est:vim hꝫ enutriēdi.

QUoniā multotiēs suppositū ē mutationē cāre egri
tudies:itēdit h̄ illō approbare : ⁊ ōndere de
qua mutatiōe vificet̄ illō ⁊ de qua nō. Propōit ḡ p̄ dicēs:
q̄re ē q mutatio a p̄ori existētia nata ē iduc̄e egritudiem.
¶ Deide [Aut qꝛ.] Soluit ⁊ p̄ ōndit mutatōes tpis etatis
loci ac ciboꝝ eē egritudinale. zº mutatōes aq̄. ibi zº [Am
pliꝰ.] Dic̄ itaqꝫ h̄ ꝯtinḡe mortē cū sit grādis ⁊ subita : qm̄
mutatio tpis etat' loci ⁊ ciboꝝ ē qdā bn̄ mobile:⁊ expo
nit qd̄ sit bn̄ mobile dicēs:aliqd̄ dr̄ bn̄ mobile ꝯm extrē
aliqꝰ in q̄ ꝯstat mutatio:⁊ hec ē mutatio ꝯꝫ pn̄ᵒ ⁊ fines. talis
eni ē bn̄ mobil' mutatio n̄ ledēs. Mutatio ṽo q̄ fit ꝯꝫ meᵒ
nō ē bn̄ mobilis sꝫ praue ⁊ ledēs:eo q mutās nō hꝫ affini
tatē ad id qd̄ mutat. exēpli grā. ponat̄ q nūc simus i fine
hyemis dico q n̄alr tpibꝰ se hn̄tibꝰ hec mutatio ē bn̄ mo
bilis ⁊ nō grādis ⁊ subita:qꝛ est mutatio extremoꝝ ⁊ pnci
pioꝝ vt finis hyemis ad pnᵐ veris:q̄ qdē sit sibi i nā ppin
qua. Mutatio āt ꝯꝫ meᵒ q̄ ē magna ⁊ subita ⁊ male mobil'
est qn̄ existe hyeme ꝯꝫ meᵐ fridū ⁊ hūidū vt ē ipsiꝰ nā sta
tim mutat̄ ad pnᵐ alteriꝰ tpis aut ad meᵐ vel in finē: vt si
hyems mutet̄ subito de frido ⁊ hu. i calꝫ ⁊ sic. iterdū. n. cō
tingit ⁊ ꝯꝫ totū tps ⁊ ꝯꝫ ptē. Un̄ Auic̄. can̄. Fen. z. Est qdē
ex diebꝰ q ē vernalis:q ē estiual':⁊ ex eis ē q ē autūnalis q
vna vice calefit ⁊ alia ifridat̄. Et silr ē de etate ⁊ loco ⁊ ci
bis. vt si qs paulatine mutet̄ de pueritia ad iuuētutē nō le
dit̄:sꝫ ē mutatio mobil' paulatiā. si aūt. de medio. s. pueri
tie mutet̄ pp ifirmitatē aut aliō ad senectutē alioᵒ tal' erit
mutatio grādis subita ⁊ nō bn̄ mobil'. ¶ Deide [Et nutri
mēta.] Dic ōndit q̄ sit nutrimēti mutatio bn̄ mobilis ⁊ q̄
male:⁊ dic̄ q nutrimēta q̄dā p se simplr pmanētia pclusa
qn̄ postea fuerūt ꝯiūcta adiuicē i stōcho vl ex p artificiū:
vnoᵒ pn̄t eē talia ⁊ tali ꝓportiōe assūpta:q seiuicē corrū
pūt:⁊ alioᵒ pn̄t sic cōponi ⁊ assumi:q: nō se destruunt:imo
potiᵒ vnū alteꝝ ꝯseruat:i qbꝰ pōt ordo assignari:sic in tpe
⁊ etate. ¶ Propter qd̄ nōnᵐ q ciboꝝ silr ⁊ mediciaꝝ q̄dā
sūt q̄ cū ꝯiūcta fuerit adiuicē:⁊ si sint laudabilia i se com
mixta corrūpunt̄ ⁊ exn̄eant̄. Et h̄ qꝛ ppetates illoꝝ singlr
adiuicē nō ꝯcordāt aut n̄ sigillāt. sic laudabil' ē admixtio
farie ordei cū amigdal' ⁊ zuccharo:⁊ cepaꝝ aut allioꝝ cū
fabis ⁊ cucurbit'. Illaudabil' ṽo cōpō ē dulciū cū acetosis
Cibos q̄rūdā ꝓhibito. vl acut':vl amaroꝝ cū dulcibꝰ. Un̄ Aui. i. can̄. Fen. 3. Ex
pimētatores idi ⁊ alij dixerūt q lac cū acetosis nō ē edēn
dū neqꝫ pisces cū lacte:qm̄ ad egriᵉˢ pducūt pniciosas sic
lepra. Corrūpūtqꝫ se silr itra:aut qꝛ nō sigillāt hn̄tes iter
se ꝯuēiētiā specificā:aut si hēbāt ⁊ in se laudabilia existē
bāt:pctm̄ ꝯtigere potuit aut ex pte q̄titat' vl q̄litatis:aut
tpis seu ordis:vel artificij. vn̄ Aui. ibidē dic̄ q cibaria di
uersa ⁊ mlta a duabꝰ ipediūt̄ ptibꝰ:vna ē pp diuersitatē i
digerēdo:qm̄ idigeᵐ cōmiscet̄ digestio. sic ēt tāgit Ari. statī
ibi [Amplꝰ.] Itē hō plꝰ ex eis cōedit q̄ ex vno cōederet
cibario. silr accidit medicias vnoᵒ cōmixtas ⁊ vni corrū
pi. alio ṽo mō ⁊ alteri ꝯfortari. sic dicit Aui. 4. can̄. Fen. i.
aq̄ ordei corrūpit̄ admixtiōe syrupi acetosi:nō aūt corrū
pit̄ admixta feniculi radice siue apij. Un̄ Jo. Mesue. i p̄
de ꝯsolatōe pharmacoꝝ simpli. dic̄ scamōeā iflāmat̄:cor
pꝰ dissolut̄ ⁊ mēbra laxare atqꝫ cor debilitare. crystallus
ṽo p oppᵐ ifridat:gallia cōgregat dissoluta:⁊ cor cōfortat
ambta:nō tn̄ hec sil' ꝯdigne miscent̄ scamonee cū nō sigil
lēt sibiinuicē mixta. ⁊ iō vnū nō ꝯseruat aliō corrigēdo:sꝫ
qd̄ optie scamōeā sigillat:q̄ si oia nocumētoꝝ eiꝰ remouēs
est mirabolanꝰ citrinꝰ. Tūc itaqꝫ reuertēs ad ꝯmonē Ari.
Diuisio mutationū. dico ex eiꝰ v̄bis mutationis distinctionē talē. Mutationū
q̄dā ē paulatina ⁊ bn̄ mobilis:q̄dā ṽo subita ⁊ male mobi
lis:⁊ hec ē sꝰ de q̄ dcm̄ ē supra. 8. pble. Ois mutatio vehe
mēs corrūpit corpa:⁊ sic ē de mutatōe tēpoꝝ etatū:⁊ alijs
silr ⁊ ciboꝝ:qm̄ vnoᵒ ꝯcreta ⁊ vni se corrūpūt:alio qdē al
teriqꝫ se ꝯseruāt. ¶ Deinde [Amplius.] Ostēdit q muta
tio aq̄ sit egritudialis ex mutatiōe cibi h̄ declando : qꝛ sꝫ
vt dcm̄ ē maiꝰ qs nocumētū icurrat ex mutatiōe aque q̄

cibi⁊q̄ꝛ taꝫ mutatio cibi in vna ēt cōmestiōe crebrioꝛ est
⁊ velocioꝛ q̄ꝫ mutatio aq̄.iō ex mutatiōis cibi nocumēto
q̄ñ fuerit male mobilis declaꝛ mutatiōis aq̄ nocumēta.⁊
dicit ꝙ sic diuersitas mutatiōis in cibo est iducēs egritu-
dines eo ꝙ turbaꝛ digestio ⁊ corrūpiꝛ:⁊ vna nō fit vt idu
cāū ē ꝑ Aui.eodē mō accidit i mutatōe ⁊ diuersitate aq̄ꝝ:
cū tales vtanꝛ vtēdo ipsis diuersis nutrimēto.i.velut nu-
trimēto qđ ē simplex pot⁹: q̄si.d.ꝙ vtunꝛ diuerso potu ꝗ
pot⁹ vel qđ velut nutriᵐ ē ꝑncipalius ⁊ potēti⁹ sicco.i.cibo
spisso ⁊ terrestri.Et expōit ꝑncipali⁹ dico i plimis eē:⁊ in
plimis modis igredi corp⁹ sic dcm̄ i.13.ꝓble.Et declaꝛ qꝛ
ipꝫ nutriᵐ ⁊ grossiuꝫ ex cibis ipsis ꝯueīt fieri hūidū ⁊ sub-
tile ligdū ex ipsa aq̄:⁊ ꝑ hoꝝ mutatōes reliquoꝝ inuit au
dire.⁊ h̄ gdē s̄mo Arist.ols fundaꝛ sup illō veteris Hip.
2ᵒ ꝑti⁹afoꝛ.Euacuare s̄m multū ⁊c̄.Et scias ꝙ gs fortasse
incipiet istā scđam ꝑtē illic.Et nutrimēta alia:⁊ ꝙ tot⁹ ser
mo de diuersitate ciboꝝ qūo se corrūpūt ⁊ qūo nō fit vt
ex hoc habeaꝛ qualiter mutatio aque sit egritudialis:ita
ꝙ in cibis nō itendaꝛ tm̄ mutatio sꝫ diuersitas:⁊ multitu
do magis:⁊ ꝙ illud silitudiarie sit dictū. ¶ Nōndū sicut
dicit Joānitius triplicē eē pot⁹ manerię.Est.n.ver⁹ potus
ꝗ simplr est potus sicut est aqua:⁊ pot⁹ ⁊ cib⁹ vt vinum:⁊
potus vel potatio vt syrupus vel aliud liquiduꝫ cōtra ali
quā discrasiaꝫ:quoꝝ primū Arist.nunc intendit.

¶ Problema. XVI. Antiqua.

PRopter qđ mutatiōes aq̄rū hñtib⁹ pe-
diculos faciūt multos hīc. Aut qꝛ indi
gestio facta humidi ꝑꝑ turbationē que
fit ꝑꝑ diuersitatē aque frequēter ꝑmu
tantib⁹ humiditatē facit:⁊ maxime in apto exi-
stēte loco:cerebrū aūt humidū est: ꝑꝑ qđ ⁊ ca-
put semꝑ maxie.ostēdit aūt ꝙ capilli isunt ma-
xime in ipso. Humiditas aūt loci hui⁹ pediculo
rū factiua.ostēdit aūt ⁊ in pueris:humidi.n.ca
pitis sunt. Et multotiēs aūt coizā patiunꝛ aut
sanguinē faciunt fluere:⁊ pediculos plures ha-
bent:qui in hac etate sunt. Noua.

¶ Cur mutatōes aquaꝝ faciūt:vt pediculi i qb⁹
hēri possint multi hēanꝛ. An ꝙ humoris crudi
tas:quā ꝑturbatio illa cōmittit:q̄ ex aque vario
vsu i crebra cōmutatiōe redūdat:hūoꝛis creare
copiā pōt:ꝑsertiꝫ loco hūoꝛi opportunioꝛe. Ce
rebrū aūt nā hūidū est:q̄re caput maxie ꝑpetue
humet:cui⁹ rei idiciū est: ꝙ pili in h̄ potissimuꝫ
exeunt: huius aūt loci vis ad ꝓgenerādos pedi
culos apta est:pꝫ h̄ in puerili etate. Caput eteni
pueroꝝ madet abunde:⁊ sepe aut grauedine cō
flictaꝛ:aut sanguinis profusione. Quinetiā pe-
diculos plures illa etas habere solet.

Hic ostēdit Arist.ꝑticulr ꝙ mutatio aquaꝝ sit egritudi
nalis cū ondēerit illud in vsi. Proponit dicēs. Uñ ē
ꝙ mutatōes facte circa aquas multiplicāt pediculos ꝑūs
hñtib⁹:silr nō hñtib⁹adducūt:⁊ h̄ siue sit mutatio aquaꝝ
potādo eas:aut seipsos lauādo ⁊ ifundēdo. Uñ Arist.in.5.
de histo.aiali.dicit. Fiunt aūt pediculi magis q̄ñ ꝑmuta-
uerūt aquas qb⁹lauanꝛ gcūqꝫ hñt pediculos eoꝝ que la
uanꝛ. Deide[Aut qꝛ.]Soluit ⁊ itēdit talē rōnē. Dis indi
gestio alicui⁹hūidi exnei facta ꝑ turbationē ⁊ corruptōeꝫ
ciborioꝝ in digōne:que gdē turbatio cātur in ꝑmutātib⁹
aquas frequēter ꝑꝑ diuersitatē ⁊ etherogeneitateꝫ ipsius
aq̄:causat hūiditatē supfluā in corꝑe toto:⁊ maxie in loco
exīte apto vt in eo talis supfluitas cāeꝛ. Tūc posita maio
ri tāgit minorē h⁹ rōnis illic[cerebꝝ ⁊c̄.]d.sꝫ cerebrū ta-
lis est loc⁹.ꝗ ⁊c̄. Qꝛ aūt sit loc⁹ apt⁹ declaꝛ:q̄ꝛ est hūidū:⁊
ꝑꝑ ei⁹ hūiditatē cetere capitis ꝑtes reddunꝛ hūide valde:
sicut est videre oculos ⁊ linguā ⁊ cetera eius supflua. Qꝛ si
Arist.2ᵒ de ꝑtib⁹ aialiū dicat cerebrū eē siccissimū:itelligē
dū est ꝙ suba ei⁹ est exāguis oino:cū i eo nō sit vena neqꝫ
arteria nō tm̄ est hūiditatib⁹flaticis ⁊ sanguīcis ēt ꝑuatū:
imo ampli⁹ his abūdās hūidi fons in 2ᵒ ꝑti⁹ diceꝛ. Deīn
de[Ostēdit aūt.]Maīfestat ꝙ cerebrū sit hūidū ꝑ signuꝫ:
dicēs ꝙ h̄ ostēdiꝛ nobis ꝑ capillos exītes in ipso potissi-
me plēs ⁊ lōgiores q̄ꝫ in alia ꝑte corporis.hꝫ aūt huiditas
pediculoꝝ est gñatiua. ¶ Nōndū sicut dicit Arist.in scđo
de ꝑtib⁹ aialiū:ꝙ hō s̄m caput ē aialiū maxie hispidus.i.
capillosus:⁊ h̄ ꝑꝑ hūiditatē cerebri ⁊ ꝑꝑ suturas seratiles
aderes dictas arabice.vbi eniꝫ est multū calidū ⁊ hūiduꝫ
necesse est illic fieri plurimā euanescētiā ⁊ euaporatione.
Itidē sunt scđo ꝑꝑ auxiliuꝫ:vt ꝓtegāt ꝓhibētes excessus
caloris ⁊ frigoris. Deinde[Ostēdit aūt.]Manifestato ꝙ
hꝫ hūiditas causat pediculos: silr manifestat h̄ in pueris
maxie ꝯtingere:dicēs ꝙ ꝑꝑ h̄ ostēdiꝛ nobis in pueris ma
xime fieri pediculos:eo ꝙ eoꝝ caput ꝑꝑ cerebꝝ est vehe-
mēter hūidū:qđ ostēdiꝛ:q̄ꝛ ipsi multotiēs patiunꝛ cori-
ꝫā.i.distillationē reumatis ad subtilia foramia nariū. Itē
cū ēt moueanꝛ iordinate modicū vt scalpēdo vel ꝯtūden
do icurrūt fluxū sanguinis nariū:h̄ aūt nō eēt nisi humi-
di forent:sic itaqꝫ hūidi sunt hūiditate nāli:qđ tāgit ꝑ san
guinē:⁊ accidētali ēt ꝑ viā idigōnis potius cātā:qđ tetigit
ꝑ corizā.⁊ ꝑ ꝯñs cōcludiꝛ tales pediculos plurimos hēre
ꝑmanēte hac etate:⁊ maxie pueros flaticos s̄m cerebruꝫ.
Et iō mulieres plus viris pediculis abūdāt. ¶ Notāduꝫ
ꝙ per pueros possum⁹ itelligere totā ꝑmā etatē nati vsqꝫ
ad.25.annos vel.30.se extēdētem:vel melius:vt ꝑ pueros
itelligamus tēpus qđ est a natiuitate vsqꝫ ad.15.annos:il-
lo eniꝫ tꝑe ꝑꝑ hoc ꝙ caloꝛ fere suppeditatus existit a mul
tis hūiditatib⁹ plurimis sordib⁹ abūdant:ex qb⁹ pediculi
vermes ⁊ hꝫ generanꝛ. Reliquū āt tēpus vsqꝫ ad.30.an-
nos vocaꝛ adolescētia s̄m Haly.in ꝑma theo.diuidit eniꝫ
ꝑmā etatē in pueritiā ⁊ adolescentiā eas ꝑdictis terminis
determinās. ¶ Nōndū ꝙ si capilli sint sicciores ꝑtes cor
poris sicut dic̄ Gal.ꝑ de cōple.⁊ Aui.ꝑ cañ.fen ꝑᵃ.⁊ in via-
tico ēt dicaꝛ ꝙ a fumo crosso ⁊ calido qꝛ ex igneis ⁊ incen
siuis sunt hūoꝛib⁹:tñ mā eoꝝ ꝑmitus fuit humida ⁊ vapo
rosa valde:q̄ꝫq̄ꝫ intus illi acciderit adustio:⁊ aer exiccans
occurrerit ab extra.⁊ ꝙ ita sit ostēdiꝛ:q̄ꝛ in siccis cōplo-
nibus ⁊ etatib⁹ ⁊ frigidis vehemēter:aut minime aut pau
ci nascunꝛ. Unde Aui.4.canō.fen.7.capillus nascitur ex
vapore viscoso fumoso q̄ñ congelaꝛ in poris. ¶ Dubitaꝛ
de eo ꝙ dicit pueros pati corizā:cū ipsi a Gal.tertia ꝑticu
la afo.⁊ i plib⁹aliis locis:⁊ ab Aui.ꝑ cañ.fen tertia ponāꝛ
esse tēperati:qđ ⁊ optimū indiciū tactus isinuat. ¶ Dōm
ꝙ pōt dici quis duplr tēperatus:aut rōne operationū: qꝛ
sint ꝑfecte in specie illius:⁊ hoc mō pueri nō sunt tēpera-
ti.imo ꝑmo cañ.fen scđa numeranꝛ inter corpora neutra.
nōduꝫ eniꝫ ꝑpter supfluā hūiditatē ipsoꝝ habēt opatio-
nes ꝑfectas:cū eaꝝ itegritas ꝑfectio ⁊ po⁹ nostra ꝑficiēdi
eas nō fit nisi ꝑpter m̄stā siccitatē que nobis accidit sicut
dicit Auic.ꝑmo cañ.fen tertia.di ⁊ aliqs tēperat⁹ scđo mō
rōne q̄litatū ꝑmaꝝ in ipso cōfractaꝝ ⁊ h̄ actiuaꝝ vel pas
siuaꝝ.si passiuaꝝ rōne: tunc pueri adhuc nō vsquequaqꝫ
fūt tēperati cū supflue sint hūidi.si actiuaꝝ recte pñt dici
tēperati.vñ Aui.ꝑ canō.fen ꝑma.loquēs de nā pueroruꝫ.

Infantiū vo solū ab īfantia vsqz ad iuuētutez cōpl̄o fere in cal'itate tēperata: ⁊ i hūiditate fere supflua existūt. Sic itaqz ex his vitas in itellectu apparet eius omissis.

¶ Problema. XVII. Antiqua.

Propter qd a pleiade vsqz ad zephyrū: qui fm lōgas egritudines laborāt: maxime destruunt: ⁊ senes magis iuuenibus. Aut qr duo sūt corruptibilissima superabundātia ⁊ frigus. Uiuere enim calidū est. tēpus autē hoc ambo hec hz. frigida eniz est ⁊ humidissima hyems: reliquum autē ver est. Aut qr similiter qdem disponunt senibus laborantiū qui fm longas laborant egritudines. Et enim vtriqz senectus: lōga egritudo accidit: corpus enim vtrisqz siccuz ⁊ frigidū est: hoꝝ quidem per etatez: hoꝝ vo per egritudinē. hyems autem ⁊ gelu superabundantia est frigiditatis ⁊ siccitatis. Indigentibus autem ipsis modico influxu: fit sicut ignis in igne hyemis: ⁊ corrumpit propter hec. Noua.

¶ Cur a vergiliaꝝ occasu ad fauonū vsqz flatus hi potissimum pereāt: q morbo longo laborāt: ⁊ senes q̄ iuuenes potius. Utrū q summe ille itercūdi cause due adsint: frigus atqz excessus. Uita eniz calore fouet seruaturqz. Tēpus aūt istud ambo illa sortit. Frigidū enim ⁊ hyems tum acerrime viget: subsequēs enim tēpus ver est. An q qui vitijs laborāt diuturnis nō secus ac senes effecti sunt. Longus etenim morb⁹ quasi senecta iam adesse videtur. Ea nāqz corpora sicca ⁊ frigida sunt. Altera scilicet ob etatem: altera ob languorez. hyemem vo ⁊ gelu frigoris atqz humoris esse excessionem certū est. Quare fit vt cum vel paruo momento corpora pateant hyemis rigor quasi ignis igni iniungatur: atqz ita interimat.

Adhuc Arist. reuertit ad ipressiones q̄ fiunt in mutationib⁹ tēpoꝝ vt sit fmo ei⁹ sufficiens in illis. Et pmit⁹ more suo pponit dubitationē bipartitā dicens. Quare ē q illi q patiunt egritudies lōgas dictas a medicis chrōicas potissime nocent ⁊ corrūpunt maxīe ab illo tpe qd a pleiade. i. ab ortu pleiadis chronico q ē circa finē autūni vel circa pn^m Nouēbris sole exnte i oppo^o pleiadis s. nūc circa 19^m gradū scorpiōis cū dictū sit in 3° pble illā esse circa 19^m gradū tauri: ita q sole occidēte ipsa orit: cū pbatū sit in astronomia sp sex signa esse supra terrā ⁊ sex ifra. a pleiade dico vsqz ad zephyꝝ. i. ad ver. Est āt zephyrus vēt⁹ occidētalis collateralis fauonio vt appebit i 26ª pti^e. zephyꝝ aūt ver expono p silitudinē in vtrisqz repertā: est aūt trāsūptiōis silitudo fm doctrinā phi. 6. topicoꝝ: qm sic i vere ptigit aerē pmutari ad q̄dā tēperātiā ⁊ suauitatē: ita ⁊ in zephyro. vñ 26ª pti^e dicet q zephyr⁹ sit serenissim⁹ ⁊ delectabilissim⁹. Quare ⁊ Boe. i p de ⊃sol. ait. Mitis zephyrus reuehit frōdes quas spūs boree aufert. Dixit aūt egritudines lōgas ad drīaz acutaꝝ: que breues existūt: cū simplr in. 14. dieb⁹ aut ampli⁹ fm medicos in 40. terminent: quas qdē patiētes magis ledunt i reliquo tpe remanēte a zephyro ad pleiadē: ⁊ iuuenes adhuc ⁊ calidi magis senib⁹ ⁊ frigidis. ¶ Deide [Et senes.] Tangit aliam ptē dubitationis. quare senes vel seniores magis ledunt a pdicta mutatiōe iunioribus. Et scias q Hippo. in libro de aere ⁊ aqua vtcūqz tetigit hāc mutationē cū dixit. Cōsiderandū q3 ⁊ arturi ortū ⁊ occasuz pleiadis. his nāqz tpib⁹ morbi plōgant: ⁊ iam appuit hoꝝ expō verboꝝ in 3° pble. ¶ Nōndū grā hui⁹ q dicit laborāt: q triplex est labor. est. n. qdā q idē est qd fatigatio vel exercitiū itēsuz: de quo dictuz est in 2° pti^e afo. vbi idigētia nō opz laborare. Est ⁊ labor effect⁹ laboris q di labor absolut⁹ vel spontaneus: de quo in eadē pti^e. Labores spōtanei narrāt morbos ⁊c. Hic aūt labor fm Gal. ibidē triplr silr distinguit: vlceratiuus. s. cui⁹ cā praui existūt chimi. extēsiuus: cuius cā coꝝ est multitudo. est ⁊ tertius dict⁹ apostemosus q ex pdicta duplici cā ⊃iuncta ⊃surgit. Sed subdit his trib⁹ laborib⁹ labor quart⁹ dict⁹ arefactiu⁹ ab Auic. p can. fen 3^a. Est ⁊ qnt⁹ labor q idez est qd actualis egritudo seu passio aut dolor de quo hic Arist. est fmo. ¶ Deide [Aut] pmū soluit ⁊ diuidit in duas sicut duas remouet dubitatiōes. pmo. n. soluit ad pmā. scdo ad scdaz ibi [Aut qr.] Dicit ita q3 q iō corrūpunt qm duo iueniunt vehemēter corrūpentia. s. supexcessus hūiditatū ⁊ fridītas: qd declat: qr viuere est calidū qd opponit frigiditati paralyticāti ⁊ mortificāti: sicut dicit Auic. p^a pmi. ⁊ supple tēperamēto attinēs: qd excessiui opponit ⁊ supabundātie: ⁊ in h tangit maior sui sermōis. ¶ Deide [Tēpus aūt.] Tāgit minorē dicēs ista duo repiri in tpe hyemis. est. n. hyems frida ⁊ hūidissima: ⁊ h est qd dicebat supabūdātia ⁊ frig⁹. Uer vō ē reliquū tēpus ab hyeme: qr est calidū ⁊ humiduz sicut dr penultimo pblemate quarte pticule: mēsurate tn: qd erit videre. ¶ Notandū est q ver est calidū ⁊ hūidū: ⁊ iō cū vita fiat p calidū ⁊ humidū ver erit magis amicū viuēti q̄ hyems ⁊ autūnus. Qr aūt vita ⊃sistat p calm ⁊ humidū pz: qr ista ponunt vite pn^a. vt scribit in libro de causis lōgitudinis ⁊ breuitatis vite: qd declarat qm istoꝝ gnabiliuz ⁊ corruptibiliū pn^m gnōnis ponit calm sicut actiuū ⁊ hūidū passiuū. Similr ⊃seruat vita calido ⁊ hūido: qr viuens viuit mediāte alimēto: vita eniz est ⊃sistētia p alimētū sicut dr scdo de aia. nunc aūt alimētū in pn^o nō est simile: imo ⊃riū sicut pz pmo de gene. ⁊ corrup. ⁊ scdo de aia. Iterꝝ alimētuz distat ab alito iterius assumptū: ppter qd oportuit eē aliqd p qd fieret assimilatio ⁊ attractio ipsius ad mēbra: hoc aūt facit aia mediāte caliditate: qr calidi est assimilare remouēdo ⊃riū ⁊ attrahere vt pz 4° metheo. Oportuit sridē aliud eē in quo calor hic sustentaret cū p se nō possit manere: ⁊ ēt aliqd in quo ageret ad ⊃seruatiōnē sui fundamēti ⁊ ad salutē totius corporis: quoꝝ pmū est hūidū radicale. 2^m vo nutrimētale: pp qd bene dictū est vitā ⊃sistere i hūido. ¶ Deide [Aut qr.] Soluit ad scdaz ptē qōnis cū h ēt approbādo ⁊ māifestādo solōnē pme ptis ⁊ dicit q iō senes vel seniores in antedicta dispōne tpis corrumpunt: qm patientes egritudines chronicas efficiunt sicut senes vel decrepiti: qd māifestat: qr egritudo chronica est sicut quedā senectus. corpora enim patientia egritudines chronicas ⁊ corpora senū ambo sicca sunt ⁊ frigida: differunt tn̄ qr corpora senū sunt talia ppter etatez eo q calor diu agens in humidū cōsumēdo p accidēs fere seipm extinguit: sicut patet p Aui. pmo canone fen tertia. Patiētes aūt egritudines chronicas hnt corpora sicca ⁊ frigida propter corruptionē humoꝝ naturaliū ⁊ euanescentiā calidi inati ab egritudinib⁹. Unde qr corpora patiētia egritudines maxie prauas disponunt silr senib⁹. iō Gal. p theg. tractatu cāꝝ docet admistrare easdē causas resumptiuas ⁊ enutricatiuas

Zephyrus qd sit.

Labor f.

Que ps corrūpant.

Uer magis appropinquat vite potius.

Tex. c. 41.

Quare corpora seni se hñt.

⁊ eruttricatiuas conualescentibus ⁊ senibus. ¶ Deinde [Hyems.] Ostensa ꝓportione vel preparatiõe patiẽtiũ egritudines chronicas ⁊ senũ: ostẽdit fortitudinez agentis dicens: ꝙ hyems est excessus in frigiditate ⁊ gelu in siccitate: ita ꝙ cũ ista supabũdantia ⁊ excessus fit multus: ⁊ patientes chronicas egritudies: vt senes vel seniores ꝓpter extinctionem vel debilitatez virtutis indigentibus ipsis: ideo q₂ indigẽt modico influxu ⁊ lapsu: eo ꝙ statiz eis infert nocumentũ sensu cũ occurrit: sicut.n.cuz ignis additur igni: cõtingit inflãmatio maior ⁊ cõsumptio: similiter cũ hyems ⁊ gelu bis occurrit augmẽtat̃ cõgelatio ⁊ siccitas: que qdez sunt potẽtia corrũpere corpora corruptioni preparata antedicta. ¶ Nõn^m est ꝙ hyems valde frigida videt̃ generare humiditatẽ ⁊ siccitatẽ: differẽter tñ: qbus eniz sine medio aduenit coartãdo humidũ ⁊ exprimendo causat siccitatẽ: vñ ẽt in tali tẽpore non eleuant̃ vapores: neqz fit pluuia: sed remanet aer clarus serenus: sicut tangitur in pmo metheo. deficit enim agens.s.calor eleuatiu^9 qđ in gelu ꝯstringit: generatqz humiditatem corporibus qbus obuiat medio interueniente sufficienti defensiuo: vt in corporibus carnosis: in eis.n.multiplicatur flegma ⁊ si per aliud vt tactum est in.10. ꝓblemate.

Cũ gẽ fit ex hyeme valde frigida.

¶ Problema. XVIII. Antiqua.



Ropter qđ in vlceribus que qdẽ in capite vlcera cito sanant̃: q̃ aũt in tibijs vix. Aut q₂ grauis hũiditas est: q₂ terrestris: grauia aũt inferius tendunt: q̃ qdẽ sunt sursum expurgabilia: ꝓpter id qđ tendunt ad inferiora. Inferiora aũt multa replent̃ supfluitate ⁊ bene putrescibili. Noua.

¶ Cur in plenis impurisqz corpib^9 vlcera capitis non magno negocio sanent̃: tibiaꝝ aũt egre. An humor coꝝ quia terrenus grauis est: graue aũt omne deorsum tendit. ergo superiora curari facile possunt. Qm̃ seorsum humor decesserit: inferiora ꝓpterea nequeunt: ꝙ admodũ excrescant ⁊ putredini pateant.

Hic vult Aristo. euellere dubitationẽ a mente discipuli. dixit eniz.16. ꝓblemate humiditatẽ pediculoꝝ generatiuã abundare circa caput: quapropter cũ humiditas superflua ꝓhibeat consolidationem: sicut dicit Gal. in.6. ꝑticula afo. crederet aliquis ꝙ solutio cõtinuitatis in ipso tardius sanaretur solutione ꝯtinuitatis in cruribus. ¶ Proponit igit̃ iuxta tenorem suum dubitationem bimembrẽ dicens que est causa diuersitatis consolidationis vlceris circa caput ⁊ tibias: vt ꝙ vlcera capitis cito sanant̃: vlcera aũt tibiarum tarde. ¶ Notandum est ꝙ vlcera contingit intelligere omnẽ solutionem cõtinuitatis: siue sit plaga q̃ est solutio ex recẽti tempore: vel vulnus siue vlcus qđ est ex longinquo iam habens saniem: siue attritio: siue excoriatio vel scarificatio aut scissura: de omni enim huiꝰ verificatur sermo: ⁊ si appareat illud in vlceribus verius magis saniosis. ¶ Deinde [Aut quia.] Soluit ⁊ pmo ad secũdam partem questionis: ⁊ dicit hoc esse: quia humiditas terrestris descendit ad tibias cum sint partes inferius situate. grauia enim nãliter tendunt deorsum nisi ꝓhibita sint. ¶ Deinde [Que quidem.] Soluit ad pmam partem questionis dicens ꝙ partes superiores vt partes capitis sunt bene expurgabiles emittentes superflua sua per multas vias vel regiones sicut dicitur in.4. ꝑticu. problemate 6°. vbi repetetur hoc idem ꝓblema: qđ fit ꝓpter os capitis qđ nõ est vnum: sed ex pluribus cõpaginatum: ita ꝙ scilicet suture serratiles interueniunt inter vnum ossium ⁊ aliud: ex quibus egrediuntur superfluitates cerebri: quibus egressis depuratur nutrimentum: ⁊ cerebrum remanet sanum: ⁊ ꝓpterea carentibus illis serratilibus suturis aut praue habentibus accidit dolor capitis maxie. ¶ Deinde [Propter id.] Tangit solutionem simul vtriusqz qõnis dicens: ꝙ ideo vlcera tarde sanantur in tibijs: eo ꝙ superfluitates terrestres graues petunt inferiora: ⁊ cuz tibie sint in loco inferiori merito replentur humiditate multa de facili putrescibili: ꝓpter qđ partes superiores vt capitis expurgate ab ipsa ⁊ cito eius vulnera sanant̃: ⁊ tibiaꝝ tarde per cõsequens. Triplex itaqz erit causa: quare solutio continuitatis capitis cito sanatur: pma quidem est: q₂ pars est euẽtabilis: digestiua remanens humiditatibus superfluis expurgata: ꝓpter qđ sequitur 2° ꝙ humiditas remaneat tẽperata apta condensari in saniem. 3°: q₂ calor remanet fortis ꝓportionatus sue materie. In vlcerib^9 autẽ pedum contrarium contingit.

Cũ sermone vlcere.

Quare vlcera capitis cito sanent triplex cã.

¶ Problema. XIX. Antiqua.



Ropter qđ si hyeme facta boreali: ⁊ vere austrino: ⁊ pluuioso estas valde sicca fiat: mortifer fit autũnus oibus: maxime aũt pueris: alijs autẽ dissinterie ⁊ quartane chronice fiunt in ipso. Aut q₂ moderata superueniente aqua estiuali infrigidatuz est humidũ bulliens in nobis ab alto q̃rum collecta est: in vere facto humido. si aũt nõ: pueris autẽ ꝓpter id ꝙ nã humidi sunt ⁊ calidi: superbullit passio: ꝓpter id qđ nõ ifrigidat̃. Quicũqz aũt nõ estate autũno quãtũ ebullit: superfluitates aũt si nõ cõfestim interimant circa pulmonẽ ⁊ arteriã facte: superius enim prime cõstituuntur: ꝓpter id qđ sub aere nos ꝯstituti sumus: ꝓpter hoc enim ⁊ obthalmie febribus prius fiũt in egritudinali estate. Si igit̃ nõ in superiorib^9 sicut dictũ est superfluitates ꝯfestim interimũt: descendunt in ventrẽ indigeste existentes. Hec aũt est dissinteria: ꝓpter id autem qđ nõ expurgatur a multitudine humiduni: ⁊ si quieuerint quartane fiunt saluatis. Indigesti enim hypostasis valde permansiua est: ⁊ contenta corpori sicut cholera nigra. Noua.

¶ Cur si post hyemẽ aquiloniã ⁊ ver austrinuz ac pluuiũ: estas sicca admodum fuit: ꝑniciosus oibus autũnus accedat: ⁊ pueris presertiz. Nã ⁊ ceteris difficultates intestinoꝝ febresqz quartane longe eo tpe solent euenire. An ꝙ si aq̃ mediocris per estatem incessit: quãtũ humoris collectum est per ver humiduni in nostris corporibus refrigeratum quiescit. Sed si non ita cõtingit: pueri qui suapte natura humidi ⁊ calidi sũt: vehementer eo feruescũt affectu: qm̃ refrigerati minime fuerint. Et si per estatem restiterint: autumno certe quorum humor vltra modum

seruerit corripientur. Excrementa vero nisi confestim peruenerint orta videlicet circa pulmonē atq3 arteriam. Supra enim primū consistunt: eo.s. q aeris tepori nostra corpora pateant: hinc enim lippitudines quoq3 pregressis febribus in graui estate sequi cōsueuerunt. ergo si non locis superioribus excrementa humorum exorsa: vt dictū est, primus interemerint: descendēt cruda ad ventrē: atq3 ita difficultatē3 creabunt intestinorum. At si pre nimia sui copia: humor excerni nequiuerit quartane bis oriuntur qui euadere mortem potuerunt: etiam si illud intestinorum vitium omnino quieuerit. Quod enim crudi humoris subtersedit: stabile firmūq3 vehementer modo atre bilis adheret.

Hic Aristo. reuertit ad ppositum. s. ad manifestandos effectus constitutionū tēporum: et ponit primo vnam cōstitutionem tēporum. in qua omnia fere tempora a sua egrediunt natura. Proponit itaq3 dicens: quare est q si fuerit hyems frigida: ver aūt calidum et humidu3: et tertia estas fiat multū sicca: autūnus consequens fit pestilentialis: nocumentum inferens omnibus: et precipue pueris: et adhuc pueris flegmaticis pncipaliter: alijs vo ab istis cōtingunt dissinterie in autūno: post quas quartane superueniūt lōge. ¶ Notandum q ista constitutio anni est cōtraria cōstitutioni anni saluberrime posite ab Hippo. in libo de aere et aqua. Et est q annus est saluberrimus qn fuerit ortus et occasus stellarum sicut debuerit: in autūno aque multe: hyeme vo pauce: neq3 serenū multū: neq3 frigidu3 plus, oportuno: vere quoq3 et estate aquarū tēperantia. Propter qd cū dispositio posita h ab Aristo. sit aduersa dispositioni naturali iā dicte: sitq3 in ea plurima subita mutatio et grandis, nō est mirū si sit inferens pestilētiā oib9 in autūno. ¶ Deinde [Aut ga.] Soluit. et diuidit in ptes tres. primo assignat causas: quare talis constitutio temporum sit pestilentialis maxime pueris. scdo assignat causam obthalmiarū: quas prius non expressit in questione. 3o reddit causa3 quare oib9 est pestilētialis. 2a ibi [Superfluitas.] 3a ibi [Si g.] Dicit igit hoc esse: qr aqua estiuali. i. in estate existente moderata. i. in modica quātitate. estas. n. supponit sicca. hoc aūt sic expono ppter qd da3 dictum Auicē. vt apparebit in fine: vel veniente sufficiēter ab alto. i. a parte superioris aeris: quātū. i. q quantitas ipsius aque fuit aggregata in vere: eo q ver suppositū est esse humidū pluuiosum et calidum: tēpore dico sic se habente humidū bulliens. i. calidum et humidū in vere qd estate debuit ebullire et causare febres siccitate estatis exiccante humiditatē dominantem vere in nobis cholericis. s. et siccis et senibus etiā supple: qr in eis tale humidu3 putrefactibile infrigidatū est et exiccatū: nō contingit estate fieri febres. Si aūt humidum qd h3 ebullire nō sit infrigidatum et condensatū: sed ebulliat ad putrefactionē: tunc contingit sup. tales febricitare estate: vel si nō eueniat aq sufficiēter ab alto. ¶ Deinde [Pueri.] Postq innuit q qdam debent egrotare et quidam nō declarat h dicens: q pueri qr sunt naturaliter humidi et calidi h9 passio superebullit in estate. i. cōtingit ex ebullitione humidi multiplicati in vere: febricitare ipsos in estate. non eni3 h humidum in eis aggregatum infrigidatur: ppter qd cum sint calidi et humidi resisterent siccitati estatis humidum exiccantis et frigiditatis rōne caliditatis: non contingit vt eorum egritudines ad autūnū procedant: imo in estate egrotant. Sed alij pueris oppositi ppter siccitatē et frigiditatē nō egrotant in estate: cum remittant calidum et humidu3 veris: et sic putrefactionē phibeant: tunc egrotant in autūno sm q vel inqtum in eis accidit ebullitio superfluitatū. intellige ergo sic hunc locū: qr prauus est valde. ¶ Deinde [Superfluitates.] Dat causa3 scdo obthalmiarum non expressarū prius: dicit q quādo h9 superfluitates non inducunt statim interitū suffocatione concurrēdo in pulmonē: aut cor: et sic apoplexiam faciendo sm q dictum est iuxta sniam Aristo. in. 9. pblemate; aut peripleumoniam inducendo vel in arteriam. i. in cannam pulmonis et via3 aeris squinātia3 causando. Uel potest dici q per hec verba intelligebat simplr catarrū suffocatiuum subito in cor labētē: nunc autem superfluitates facientes predictas egritudines primitus cōtinentur in parte superiori circa cerebrum: eo q aeri expositi sumus maxime sm cerebrum: aer eni3 per multas vias ei occurrit absq3 tegmine phibente. Similiter qr cerebrū est humidissimum et fumorum vaporosorū receptiuū; ppter qd in h9 estatis constitutione egritudinali: obthalmie accidunt ante febres, eliquata humiditate que erat circa cerebrum sicut est dictū in. 8. pblemate. ¶ Deinde [Si igitur.] Assignat alia3 causam egritudinum et primo dissinterie dicens: si itaq3 nō statim interficiāt h9 superfluitates superius causantes suffocationem in spiritualibus aut aialibus partibus: neq3 etiam obthalmias inducant: cum permaneant indigeste inobedientes virtuti expulsiue: hec. n. est digestio in nutritiuo vt virtuti expulsiue sit vnita et obediēs: materie motu quidem3 synthomatico mote decidunt in ventrē inferiorē et dissinterias inducunt. hec. n. dissinteria causant: qr nō expurgatur humidū ibi dimissum: sed remanet amnixtū superfluitatibus ferosis acutis: ex qbus ppter ebullitionē generatur flegma salsum et materia cholerica corrosiua. ¶ Deinde [Et si.] Assignat scdo causam quartanarum dicens q si contingat dictas dissinterias sanari: incurrunt quartanas post curationem dissinterie: euacuatum. n. fuit subtile et acutum in dissinterijs: et remansit grossum terrestre et flegmaticum; qd est materia quartane: hypostasis enim et residentia indigesti remanentis fit vehementer permanens adherendo: et ideo sic contenta nō extendit per corpus: sicut neq3 cholera nigra etiam naturalis ppter frigiditatem et ponderositatē suam. ¶ Et scias q h9 superfluitas sic cōtenta inextense per corpus est cōtraria superfluitati de qua erit sermo in fine sequentis pblematis. ¶ Notandū est q hypostasis differens est significatū sm differentes scientias a quibus cōsideratur. Apud. n. Boetiu3 in libro pdicamētorum. vbi distinguit triplicem substantia3 dicit: q hypostasis idem est q substantia que est mā: vsya idem est q substantia que est forma: vsyasis aūt est substātia composita. Apud theologos hypostasis idem est qd persona. vnde dicunt tres esse in diuinis hypostases et vnam essentiam vel nām. Apud vo medicos accipit pro impuro feculento residenti. vnde et melancholia3 dicunt hypostasim sanguinis: et hoc modo accipit hic hypostasis. ¶ Notandū est etia3 q illud pblema tangit ab Auic. primo can. fen 2a hoc mō: cum ver fuerit pluuiosum et meridiolane et superuenerit hyemi septētrionali: febres acute: obthalmie multiplicabuntur in estate: nāc solutio: sanguis egestio: et cā plurimū horum erunt reumatismi: qr flegma qd hyeme coadunatum fuit: ad foramina descēdet occulta: eo q ipm mouebit calor: et ppc in humidas hntibus cōplones: sic mulieribus: et multiplicabit putrefactio et ipsius fe. q si in aliquorum estate euenerit pluuia tpe quo canis eleuat et postea vētus venerit septētrionalis: bona fiducia habetur q resoluentur egritudines: et pp hoc expositum fuit supra moderate. i. in modica

Signa anni saluberrimi.

Nota cā danonem [?] sic.

Nota.

Causa cur dissinterie.

Mā quartane.

Hypostasis qd sit.

Apud theologos vō. a. ibo. opus 3m grecos in pbe.

Cāe morborum.

Signa salutis.

modica quātitate:qꝛ videt̄ ꝙ aqua sufficiens est cū conditionibus alijs egritudines remouere. Et tunc subdit q̄bus aūt plus nocet hoc tps: sunt mulieres pueri: ⁊ q̄ ex eis euaserint ad quartanaȝ deueniunt:pp humoꝝ adustionem: ⁊ qꝛ fiunt cinis: ⁊ post q̄rtanas puenient ad hydropisiȝ ⁊ ad dolorē splenis ⁊ epatis debilitatem:in senib⁹ aūt ⁊ in corpore in quo est timor frigoris est eius nocumentū paruū. ❡ Et nō ꝙ pp istud vbuȝ qꝺ dicit Aui. vltimo opȝ exponi illud autumnus mortifer fit oibus valde cōiter ⁊ quasi equiuoce ad pueros: ⁊ ad hꝰ senes ⁊ frigidos.

❡ Problema. XX. Antiqua.



Ropter q̄d si estas pluuiosa fuerit ⁊ austrina ⁊ autūnus: hyems morbida fit. Aut qꝛ vehemēter humida corpora hyems accipit: ⁊ pmutatio adhuc magna fit ex caliditate multa: ⁊ nō ex collectione modica: ppter qꝺ ⁊ autūnus fit calidus: quare his quidē fieri necesse acutas egritudines nō raris existentibus. Huiusmodi enim superi⁹ magis humide superfluitates ꝯgregant̄: ppter id ꝙ hec quidem loca habent receptaculuȝ. Inferiora ṽo altera esse: q igit̄ sunt spisse carnis nō multas superfluitates recipiunt: infrigidata ergo superfluitate que est in supiorib⁹ ptibus corporis: quēadmodū vinolentis q̄si rigescunt predictas egritudines accidit fieri: rarioribus autē febribus supuenientib⁹: que a plurima indigestione sunt facte: febres adustiuas contingit fieri: ppter id ꝙ talibus dispersa sunt quidem magis ꝑȝ totū corpus humida q̄ȝ densis carnibus: cōstituta aūt ipsoꝝ carne ab hyeme calefacta humidas febres fieri: totius.n. corporis excedens caliditas est febris: distēsa aūt pp multitudineȝ humiditatis existis ipsis causon fit. Noua.

❡ Cur si estas ⁊ autūnus imbres austrosq̄ȝ habuerunt: hyems grauis consequi soleat. An ꝙ hyems corpora prehumida excipit: mutatio ēt ingens occurrit. Nō enim paulatim: sed repente ex calore imodico ad frigoris acerbitatē venitur: quando autumnus quoq̄ȝ tepidus extitit. Itaq̄ȝ qui denso corpore sunt: hos morbi extorqueant acuti necesse est: his enim humida excrementa supra potius colligunt̄: cuȝ partes supiores humoribus huiuscemodi opportunas inferiores inhabiles illi habeant. Iōq̄ȝ qui tali textura corporis sunt: nō multa excremēta sibi admittunt: cum igit̄ qui locis superioribus corporis humor excreuerit infrigescere incipit: fit vt predicta vitia orian̄t: quēadmodum vinolentis ppe accidit: cū algent. At quibus laxius corpus est: his febrib⁹ ortis euenit: vt que sūma de crudelitate febres constiterint transeant in ardores: q̄m his magis totū corpus ab humoribus occupatur: q̄ȝ densa illis mole constantibus: exq̄ȝ vi frigoris coacto coꝝ corpore: humores icalescētes febres accendunt. Superans.n. calor totius corporis febris est: ⁊ si idem nimio intendatur humore: ardor effici potest.

Tangit aliam cōstitutionē tēpoꝝ mutatoꝝ a sua nāquoꝝ duo vt estas ⁊ autūnus q̄si oino remota sunt a naturis suis mutata in pessimas qualitates ⁊ putredinales. ❡ Proponit itaq̄ȝ quare est: ꝙ si estas fuerit humida ⁊ calida ⁊ autūnus silr: tunc hyems subsequēs fit egritudinalis pestifera. ❡ Deīde [Aut q̄a.] Soluit: ⁊ p̄mo generalr. 2° spālr applicādo generalia particularib⁹ egritudib⁹. 2° ibi [Quare is.] Et dicit eām esse: q̄m hyems superueniens inuenit corpora valde fluida ⁊ imbibita humiditate calida putrescibili: vel humida ꝑm aliaȝ litterā: ⁊ ppter hoc fit permutatio vehemens: cuȝ adsit caliditas multoꝛuȝ.s. estatis ⁊ autumni: vel multoꝝ.i. superfluoꝛuȝ: que causatur nō ex parua coadunatione superfluitatū: sed ex multa: ppter quod.i. qꝛ etiam autumnus fit calidus q̄ ad p̄mū: ⁊ humidus: supple quo ad 2m. vel aliter ⁊ nō pei⁹ exponi potest: vt respondeat scđe expositioni de ly multorum: vt dicat̄: ꝙ caliditas est vehemens cum multa collatione materiei: ppter hoc sequitur etiam ꝙ autumnus fit calidus: multa enim materia non potuit exiccari: sed adhuc autumno ebullit in aere: ⁊ per consequēs in corporib⁹. merito itaq̄ȝ contingit egrotari in tali ꝯstitutione temporum: cum corpora sint valde preparata: qꝺ tangit̄ cum dicit fluida: ⁊ agens fit forte: qꝺ tetigit cum dicit caliditateȝ multoꝛum. ❡ Notandum hunc sermonem in lib° de aere ⁊ aqua sic poni ab Hipp. Si estas nimis pluuiosa fuerit ⁊ austrina ⁊ autumnus similr: hyemē egrā necesse est esse futuram. Flegmatici ṽo ⁊ qui. 40. annoꝝ sunt in causonem. Cholerici in pleuresim aut peripleumoniā cadent. ❡ Deinde [Quare his.] Prosequitur hui⁹ solutionem in particulari applicando. ⁊ p̄mo applicat hanc solutionē vel cām ad egritudines perperacutas: que in quarta die ⁊ ante terminant̄. scđo ad egritudines peracutas. ibi scđa [Rarioribus.] Dicit igitur innuendo duplicem distinctionem: vna est ꝙ quedaȝ corpora sunt densata carnibus valde: in q̄b⁹ prauē reperit̄ receptaculum vacuum: alia sunt rariora in q̄bus reperitur vacuitas. Et subdistinguit primū mēbruȝ dicens: ꝙ corpora adeo carnibus densata quedam habēt receptacula naturaliter magis receptiua in vna parte q̄ȝ i alia: vt in parte superiori q̄ȝ parte inferiori: quedam auteȝ econuerso. Nunc autem magis litteram tangendo dicendum est: ꝙ ppter talem consistentiam temporum ex necessitate contingit illis qui sunt compactis carnibus: in q̄bus minime reperitur receptaculum vacuum preter loca concauitatum manifestarum fieri egritudines acutas velociter suffocantes: in eis.n. congregatur humiduȝ supius vt circa cerebrū: ⁊ qꝛ non habet receptaculum ppter densationem: aggregatuȝ frigore constringente in hyeme descēdit inferius expressum ad loca manifesta ipsuȝ recipiētia: sicut sunt vacuitates ventriculoꝛum cerebri ⁊ pectoris egritudines inducēs acutas. ❡ Deinde [Inferiora.] Tāgit aliud membrum istius subdiuisionis dicens ꝙ mēbra inferiora sunt diuersa ab his superioribus: non enim sub diaphragma sunt vacuitates adeo manifeste sicut supra. ❡ Deinde [Que igit̄.] Accepto igit̄ p̄mo membro huius diuisionis ⁊ altero subdiuisionis prioris dicit: ꝙ illi vel illa corpora: eo ꝙ inuenitur littera ⁊ qui ⁊ que: que sunt carnis condensate ⁊ non porosa: non possunt recipere: neq̄ȝ ēt si recipiant continere multas superfluitates: cum careant receptaculis: ppter qꝺ hyeme infrigidatis humiditates constringuntur: que in aliquibus paruis partibus cōtine-

Assimilatio sermonis Hip. cū hoc pblemate. ex quo fit Aristo. in his imitatū eē Hip po. vt ēt supra asseruit.

Distinctiones corporum.

bant: quibus ɔstrictis descendūt ad loca vacua: z inducūt predictas egritudines acutas: eo mō quo corpora aliqua rigescunt z vehementer tremunt ipsis violētis. i. violētatis a frigiditate vehementi supple: vel violentis. i. a causis vehementibus valde z frigoribus intensis. Sic igit̄ q2 huiꝰ superfluitates nō habent locum sufficientem in quo digerant̄: cum amplient̄ indigestione: liquate a calore defluūt confestī ad ventriculos cerebri: aut ad cannā z suffocant celeriter vel squinantiam inducunt siue periplcumoniam aut pleuresim: sicut dictū est pus. ¶ Deinde [Rariorib⁹.] Reddit causā egritudinū contingentium in corporibus magis raris z dicit: q habētes carnes raras: z nō adeo dē-

Febres causonides que.

satas vt antedicti cadunt in febres causonides. i. incensiuas siue adustiuas febres a multa indigestione causata in tempore precedenti. Cū enī digestio nostra ɔfortet̄ p circumstans frigidū: z in predicta cōstitutione fuerit calidū z humidū relaxans nāe dissolutiuū: merito itaqz est plurimam indigestionem causari: hoc aūt accidit: q2 cuī sint vt dictū est rari: supfluitas in eis est magis dispersa f̄m totū corpus: q̄ illis q habebant densas carnes: ppter qd pōt in locis coꝝ vacuis cōtineri quousqz digerat̄: aut saltim non interficiet velociter suffocando vt pus: quare his sic supfluitate humectatis: ɔstipata postea carne exterius a frigiditate hyemis z ɔstricta humiditas estatis z autumni: tūc calefit z ebullit in putredinē: ppter qd accidit fieri febres causonides: z hoc f̄m totū corpus: qm̄ humiditas in ipsis contenta: ppter raritatē carnis ipsoꝝ disseminat̄ per totū z tunc veraciter febricitant: qm̄ febris nō est aliud nisi excedens caliditas totius. vnde Gal. 2° de inge. sani. dicit febrem esse nimiā caliditatē per totum corpus. z in cōmēto pulsuum ait febrem esse abundantiā caloris f̄z totū aial. quare hoꝰ mā extensa per totū corpus cōtrario modo materie indistense coarctate in fine ante dicte precedētis pblematis inducit causonem: ppter multitudinē humiditatis putrescibilis. ¶ Notandū q causon pōt accipi pro oi

Causon quid sit z quo sumatur.

febre in qua est feruor magnus z adustio: f̄m q nomē causonis incendium importat: ita q noie causon cōprehēdat̄ causon verus tertiana cōtinua z synochus: vel pōt accipi causon solū pro causone vero: cuius mā est cholica aut ēt flegmatica salsa: f̄m Hippo. in. 4. Regi. acu. cōtenta in locis vicinis cordi. Dixi aūt flegmatica salsa: qm̄ dcm̄ est q Hippo. dicit in libro de aere z aqua: flegmaticos incidere causonē: hoc aūt erit a flegmate salso: q2 ppter ebullitionē flegma calefit z acquirit salsedinem. ¶ Notandum q lz causon tertiana continua z interpolata conueniant in mā: differunt tñ loco z accidentibꝰ: qm̄ in causone materia est intra venas: z per hoc differt a tertiana interpolata cuius materia est extra. Amplius cum hoc q materia causonis est in venis: abundat magis in venis oris stomachi aut in partibus epatis z ad sūmū in locis propinquis cordi: z per hoc differt a tertiana cōtinua: cuius mā est equaliter in venis oībus. differunt iterum in accidentibus: qm̄ in causone accidētia similr̄ se hñt semp: z sunt in fine acuitatis: nō aūt sic in interpolata: neqz etiam ɔtinua: hec aūt verba satis habent̄ ab Aui. pma quarti. ¶ Dubitat̄ aūt qm̄ dicit rarioribus contingere febres: qd non videt̄: qm̄ Gal. 8. de inge. sani. ponit q ɔstipatio pororum sit cā oppilationis: z hoc phibitē respirationis z huius putrefactionis: z hec cā febris. ergo per oppositū in qbus est raritas fiet euaporatio: z p ɔñs ēt fiet respiratio: z sic neqz oppilatio: z sic neqz putredo: z ita febris nō aderit: q̄re zc. ¶ R̄. Hippo. a quo Aristo. hunc sermonē est accōmodatus: ponit causonē: qui tñ est ɔtinua febris cōtingere flegmaticis: sed tales nō sūt raroꝝ corpoꝝ sed densoꝝ: nō itaqz rarioribus febres cōtingent causonides: quare zc. Est dicendū breuiter q duplex est raritas: quedā f̄z quid: vtputa in corpore illius in quo caro nō est vehementer condensata z oppilata: ita q supfluitates possint contineri a tali raritate: nō tñ euaporare. z cū ista raritate bene constat vel stat gnātio putrefactionis z feb. z sic de tali raritate loquit̄ hic Aristo. Est z

Raritas condensationis carnium in corporibꝰ s.

alia raritas simplr̄ ex qua nāe pñt supflue insensibiliter exhalare: z de tali raritate loqt̄ Gal. aut ēt dato q cēt hec raritas nālis: nihilominus pōt cum ipsa feb. aduenire: cū dicat Aristo. statī a frigiditate hyemis fieri cōstipationē huius raritatis hic [cōstituta aūt.] similr̄ ad dictum Hip. pōt responderi dicēdo: q caro flegmatici est rarior carne sanguinei vel cholerici lacertosi: sicut dicit Aui. pma pmi. carnē mulieris esse rariorem carne viri: z tunc distinguat̄ in raritate sicut distinguit glosa illic arabica: dicēdo q raritas est duplex: quedam est extensio z mollities carniū: z talis est raritas mulieris z flegmatici. alia est raritas q̄ est porositas ppter calorem expurgantem superfluitates ex poris insensibiliter causans z ɔseruans raritatem: z talis est raritas viri sanguinei z cholerici: sic itaqz apparet quō raritas insit flegmaticis: z per ɔñs quomodo eorū raritas stat cum gnōne febriū: cum coꝝ carnes sint molles extensiue recipientes superfluitates.

¶ Problema. XXI. Antiqua.



Ropter qd qñ ex terra vapor ascendit multus a sole: annus pestilentialis fit. Aut q2 humidū necesse est z pluuialem annū significare: z terrā humidā necē est esse: vt igit̄ in paludosis locis habitatio fit morbifera huiꝰ est z corpora vtiqz tūc necesse supfluitatē multā habere: sicut in estate habere materiam morbiferam. Noua.

¶ Cur annus pestilens tūc inuadit: cū sol multū vaporis de terra excitat. An tūc annus hūidus pluuiusqz significet̄ necesse ē: terrāqz madescere necessariū. Fit igit̄ vt quasi locis palustribꝰ grauibusqz pinde inhabitet̄: z corpora quoqz multis tūc excremētis redūdare necessariū est: ita vt egrotandi mām habeant in estate.

Dictum est supra aerem z aquā imutari. s. ppter anni tēpora vt tactū est supra: z tanget̄ adhuc: z ppter aliquas stellas etiam vt iā determinatū est. Nūc determinat de alijs duabus imutationibus aeris: z pmo de imutatiōe ppter fumositates resolutas a terra z aqua: z scdo de mutatione aeris per vētos: z hoc in. 23. pblemate. De pma quidem mutatione pp fumositates ponit duo pblemata qbus significat̄ pestilentialitas in corporibus animaliū. ¶ Proponit igit̄ pmo questionē dicens: quare est q quando vapor multus eleuatur cū sol de mane oritur: nunc solem obtegendo: nunc aūt dimittendo: a terra. i. a loco cōtinenti nos hic inferius vt ab ipsa terra aquis cōmixta z aere pulueruiento putredinali: annus ille erit pestilentialis z mortifer. hoc enim est vnum de signis pestilentie: sicut dicit Auicen. pma quarti: quez quidem locum maioris expositionis causa illorum duorum problematū poteris inspicere. ¶ Deinde [Aut quia.] Soluit z dicit causam esse: quoniam humidum vaporosū necessario habet denotare annum pluuialem: non enim huiusmodi vapor eleuatur nisi a locis humorosis multum aquaticis: z ideo in tēporibus siccis z locis non eleuatur: ppter qd minime contingit fieri pluuiam: sicut patet pmo metheo. neqz solum q dictum est habet significare: imo etiam causare z

aerem

aerem corrumpere talis vapor: et hoc est qd dicit: quod necesse est terram nostre habitationis humidam et vaporosam fieri. ¶ Deinde [Ut igitur.] Ulterius declarat dicens quod hic locus in quo habitamus redditur pestifer sicut pestifera est habitatio in locis paludosis et stagnosis corruptis: in quibus corpora superabundant humiditatibus paratis putrefieri plena: vt apparet in libro Hippo. de aere et aqua: propter qd corpora illic inhabitantia multam habent superfluitatem: sicut contingit in estate precipue pluuiosa fieri humiditatem superfluam morbiferam multam: sicut tactum est in .8. problemate. ¶ Pot et aliter dici quod huius morbificatio magis erit in estate et autumno propter ebullitionem quam facit humiditatum: et quia illo tempore sunt corpora magis debilia quam hyeme et vere: nam pestilentia et corruptio aeris accidit secundum plurimum in fine estatis et in autumno: sic dicit Auicen. prima primi.

Ex signo alterius cause.

¶ Problema. XXII. Antiqua.

Propter quid fiunt anni morbiferi: quando fit motus paruarum ranarum frinoidarum. Aut quia vnumquodque abundat in propria regione: et hec vtique natura sunt semper humida: quare pluuiosum et humidum contingit annum fieri: tales autem morbiferi anni sunt: humida enim corpora existentia multam habent superfluitatem: qd est morborum causa. Noua.

¶ Cur grauis tunc adeat annus: cum copia est pusillarum ranarum: que rubetarum faciem representant. An res vnaqueque loco sue nature idoneo abundare solita est: Itaque eiusmodi animantium genus cum natura humidum sit: humidum pluuiumque annum ob eam ipsam indicat. Anni eiusmodi vero graues procul dubio sunt. Quibus enim corpora facta prehumida fuerint: multis idcirco excrementis preniuntur que cause sunt vt morbi proueniant.

Ponit aliud signum quo significatur pestilentia sumptum ab animalibus ex putrefactione generatis: per ipsa enim tanquam ex effectu denotatur aeris corruptio. Et dicit quare est: quod quando accidit fieri motus paruarum ranarum que frinoides dicuntur: illi anni sunt habitatoribus mortem afferentes. ¶ Scias quod per hoc quod dicit motus pot intelligi quod tales rane post generationes earum a locis sue generationis moueantur: et transeant ad loca nostre habitationis: et vniuersaliter ad loca non propria sibi: et cum isto intellectu stat illud qd dicit Auic. prima quarti. dicit enim quod per viam societatis que significat pestilentiam est: vt videas ranas iam multiplicari: et qd reptilia ex putredine generata multiplicentur: et de illis que hoc significant est: vt videas mures et animalia sub terra habitantia fugere ad superficiem terre et manifeste exire: et videas animalia male nature sicut serpentes venenosos: et filia fugere ex nidis suis: et forte dimittent oua sua: vel fortasse nomine motus aliquis intelligit motum ad generationem et ipsam generationem. Et istum etiam eundem sermonem Aristo. tangit Joa. Damas. in suis afo. dicens: quod in quacunque prouintia abundauerint animalia generata ex putrefactione: illo anno generabuntur putredines et pestes in corporibus habitatorum. ¶ Est autem per ranas frinoidas secundum quandam glosam marginis intelligendum ranas: quarum facies habent signa rubea: has vero ranas: imo potius ranunculos multotiens vidi: et sunt parui minores quidem ranis communibus valde: et in parte superiori sunt coloris charopos vel cinerity seu cusi: sub ventre vero

Diuersa signa morbiferi anni.

Innotescentia ranarum frinoidarum

habent colores citrinos aureos: quos non raro contingit in Italia videre post pluuiam imediate estu precedente vehementi saltantes per loca prius arida puluerulenta: et habent paruam caudam subtilem. ¶ Et scias quod per has ranas frinoidas est intelligere cuncta animalia ex putrefactione orta: sicut patuit per Aui. et Dam. Expressitque Aristo. fortasse potius has ranas: quia cum sint diuersorum colorum denotatur maior latitudo materie et pluriu putrefactio in continente nos loco. ¶ Deinde [Aut quia.] Soluit: et dicit causam esse quia vnumquodque naturaliter abundat in propria regione sibi conuenienti et in ea conseruatur: sicut magis apparebit in .10. particula. vt enim locus est: ita natura facit: sicut dicetur ibidem: qd etiam videmus in plantis et animalibus. he autem rane sunt humide aquatice propter qd abundabunt in loco humido aquatico et saluabuntur: cum vero apparent annum frigidum denotant et humidum: talis autem morbiferus: eo quod in eo corpora colligunt multam humiditatem: que est morborum causa. vnde a signo ostenditur annum futurum humidum pluuiosum et talis annus pestilentialis existit: vt dictum est in precedenti problemate: cum corpora infundantur humiditate multa putrescibili. ¶ Notandum quod he rane: aut quecunque animalia generata ex putrefactione non sunt causa morborum futurorum: sed signum: nisi maxime multiplicentur: potius enim faciunt ad eorum cessationem: eo quod superfluitates remanentes in continente non spirituante et animalibus non inde generatis magis aerem corrumperent continentem. Itidem aliud prestant iuuamentum: quoniam ipsis generatis consumunt hec materiam putrefactionis ipsam depascendo. Et hoc quidem iuuamentum duplex prestant in nobis vermes intra intestina generati: nisi existant valde superflui: sicut patet per Aui. 16. tertij. Et per hoc etiam patet finis et vtilitas talium animalium in vniuerso. ¶ Et si quis curiosus insurgat dicens propter quid materia hec animalium cum videatur fere vna communis: et agens sit vnum vniuersale: puta calor solis et stellarum magis determinatur ad hoc animal quam ad aliud: cum et agens particulare dans formam propriam et speciem deficiat. ¶ Dicendum breuiter erit secundum Aui. vt apparet .8. sue meta. et quosdam arabes collegas suos ponentes intelligentiam quandam dictam agentem circa spheram actiuorum et passiuorum imprimentem omnem formam: ita quod agens particulare non inducit formam: sed solum disponit materiam ad susceptionem illius: hoc autem contingere ab hac intelligentia. vnde Auicen. 3° can. loquens de generatione vermium dicit: non prohiberi preparationem materie in complemento naturali que pertinet ex factore potente. et .7. quarti dicit influi vitam pediculis ex suo creatore. Ista tamen positio communiter non tenetur: et est non parum in phia Aristo. absurda: vt in Conciliatore est monstratum: propter qd ea obmissa dico: presupponendo primitus in materia dispositionem et inclinationem grandem fore ad recipiendam formam animalis talis aut talis: est enim quod non ex quacunque materia fiat quodcunque monstratum: sed ex determinata: neque enim ex quolibet fit quodlibet sed ex determinato: sicut dicitur primo phy. et primo de partibus: et hoc est quod videmus scorpiones aptissime ex herba dicta basilicon generari: et buffones ex saluia: et sic de alijs. non autem sic ex alia materia. ¶ Aliud qd pono est quedam virtus constellationis specifica: cuius operatio fere nobis est impercepta extra quatuor qualitates existens: que quidem virtus intendit salutem determinate speciei sibi proportionabilis: quibus virtutibus a celo manantibus et a .48. imaginibus maxime: quas in celo stellato ponunt astrologi: totus hic mundus inferior est plenus: huius etenim virtus velut principalis particulariter vtitur ipso agente vniuersali. scilicet calore celesti tanquam instrumento disponendo materiam prius alterando decoquendo et transmutando: quousque virtus predicta formam principaliter inducat ad modum quo agens hic particulare perfectam formam signat in materiam comparatam: neque videtur esse distantia nisi quia in generatione vniuoca: propter perfectionem generari plura

Humiditas morborum causa.

Animalia huiusmodi generata ex putrefactione esse signa et proficua futurae pestilentie.

Insurgit.

Responsio.

Auicenne rationes improbabiles

T. c. 54.

Aduerte digressionem.

ad eius gnãtionẽ possunt cõcurrere: sicut apparet pmo ⁊ scdo de aialiũ gnãtiõe: ⁊ hoc videt̃ pro parte eẽ snia Hermetis ⁊ Ptholomei.9.verbo cẽtiloquij. vbi dicit Alchabitius ⁊ alij astrologi serpentẽ celestẽ dominari terrenis serpentib⁹: ⁊ draconẽ draconibus: ⁊ sic de alijs. Et hic quidẽ sermo sufficienter fuit tractatus in pmo de gnãtione aialium: de quo ẽt inuenit̃ tractatio longa a Cõmentatore in

T.c.50. ⁊ alibi. 12.metaphy.t.7.etiam illius.

¶ Problema. XXIII. Antiqua.

Ropter quid austri sicci ⁊ nõ aquosi febriles sunt. Aut qꝛ humiditatem ⁊ caliditatem extraneã faciunt. sunt.n. humidi ⁊ calidi nã. hoc aũt est febrile. febris.n. est qdã excessus ex his vtrisqꝫ: qñ qdẽ igit̃ absqꝫ aqua flant: hanc in nobis faciũt dispositionẽ: qñ aũt simul aqua: aqua infrigidat nos: auster aũt ex mari ⁊ ꝯfert plantis: infrigidat⁹.n. a mari accedit ad ipsas: erugies aũt fiunt ab humiditate ⁊ caliditate extranea. Noua.

¶ Cur austri sicci nihil humentes febres creare soleant. An qꝛ calorẽ humorẽqꝫ excitant alienũ. Sunt.n. suapte nã humidi calidiqꝫ: qua qdem re febris cõmittit̃: quippe que nõ nisi ꝑ excessũ ambaꝝ qualitatũ illaꝝ oriri soleat. Cũ igit̃ ibre austri vacant: corpora nostra ita afficiant̃ necesse est. At cũ flatibus imber adest: nos aqua refrigerat: austros tñ quos mare miserit prodesse stirpibus certũ est. Refrigerãti nãqꝫ beneficio maris deueniunt cõtra eruginem: que humore caloreqꝫ alieno consistit.

Determinat de mutatione aeris rõne ventoꝝ de qua duas qõnes mouet. 2ᵃ in sequẽti ꝓblemate. Et dicit pmitus ꝓponẽdo: quare est ꝙ venti australes cũ fuerint sicci: ⁊ pro.i. nõ aquosi nati sunt iducẽ febres. Et nõ ꝙ ꝑ ly sicci nõ intẽdit Arist. siccitatẽ australiũ vẽtoꝝ cõplonalẽ: cũ calidi ⁊ humidi existant: nã sicut statim dicet: ꝓpter qd hñ expositũ est: ⁊ ꝑ.i. vt dicat̃ eos fore siccos cũ flatibus ipsoꝝ nõ associat̃ pluuia. ¶ Scias ꝙ auster est vent⁹ meridianus ⁊ est pncipalis: cui⁹ collaterales sunt notus ⁊ affricus sicut apparebit.26. particula in descriptione eoꝝ. ¶ Deinde [Aut qꝛ.] Soluit ⁊ intendit talem rõnẽ: omne qd est calidũ ⁊ humidũ distemperatũ generat humiditatem extraneã ⁊ extraneã caliditatẽ: sed venti australes sunt calidi ⁊ humidi. ergo ⁊c. Sed omnis humiditas ⁊ caliditas extranea est quid febrile ⁊ egritudinale: qd ostendit̃: qꝛ febris non est aliud ꝙ̃ excessus qdaꝫ ⁊ supabundãtia humiditatis ⁊ caliditatis extranee. ¶ Dubitat̃ quoniã dicitur australes ventos calidos ⁊ humidos naturaliter: cum dicat̃ in.2.metheo. ꝙ incipiunt ⁊ veniũt a loco adusto vbi nõ sunt pascua: veniunt enim a loco solis ⁊ a torrida zona. Breuiter dicendũ est: quoniaꝫ oratio longior de hoc pertinet ad.26. particulam: ꝙ venti australes possunt dupl̃r accipi: aut put sunt in loco ꝓpinquo sue originis: ⁊ sic cum oriant̃ sub loco solis calido calidi erũt ⁊ sicci sicut arguebat̃: aut put iam recesserunt elongati a loco sue originis: ⁊ tunc efficiunt̃ calidi ⁊ humidi. qñ.n. veniunt ad nos cum sint longinqui: sicut dicit̃ in.2. ꝓblemate.26. ꝑticule. transeunt sub sole propter qd remanent calidi. verũtamen illa caliditas redditur remissa vaporosa.

Auster vẽtus qd sit.

Cap.2°.

Australes venti 2ᵛ accipiunt.

Et qꝛ veniendo ad nos sub sole transeunt diu per partes maritimas stagna ⁊ paludes vaporosas sole faciẽte in eis euaporationẽ: acquirunt humiditatem quãdã turbidaꝫ relicta siccitate: ꝓpter qd cum perueniunt ad nos iam nouã complexionem calidam ⁊ humidam sibi factã connaturalẽ acquisiuerunt: ⁊ de hac natura ventoꝝ loquit̃ Aristo. cũ dicit eos esse humidos natura. Si aũt quis argueret itex: si calidi sunt austri natura: ⁊ vnũqdqꝫ generet sibi simile: sicut dicit̃.7. meta. ⁊ ꝙ res operat̃: sicut habet eẽ: sicut apparet in 2° eiusdem. ꝓpter qd nõ videnť humectare neqꝫ caliditateꝫ extraneam generare: sed nãlem. Dõm ꝙ illud qd arguit̃ veritatem habet in agente vel in generante per se: sed in generante per accidens nihil ꝓhibet: vt aliquid nõ generet sibi simile sed cõtrariũ: sicut dicit Auicẽ. pmo pmi. Non opꝫ vt stet credulitas: ꝙ omnis cõplexio sibi simile generet ⁊ nõ suũ ꝯtrariũ: lꝫ nõ fit per essentiam: frigida nãqꝫ ⁊ sicca cõplexio plerũqꝫ generat hũiditatẽ extraneã: nõ ꝓpter conuenientiã: sed ꝓpter digestiue debilitatẽ: ita hic ventus relaxando humidũ: virtutẽqꝫ regitiuam debilitando: digestionẽ corrũpendo: mouet humiditatem pigre interius ⁊ dissoluit: ꝓpter qd parat eam ad putrefactionẽ. ⁊ per ꝯsequens ad febres. ¶ Deinde [Quãdo.] Cõcludit verificando sermonẽ ostendendo qñ austri caliditatem ⁊ humiditatẽ extraneã inducant: ⁊ qñ nõ: sed poti⁹ conferant: dicens. itaqꝫ qñ hui⁹ venti flant sine pluuia: cũ tunc sint sicci inaquosi causant in nobis antedictam dispõnem extraneã: sed qñ flant simul infrigidando nos pluuia sufficienti illis admixta nõ inducũt ipsam: ⁊ hoc est qd dicit: ꝙ quando auster infrigidat nos ꝓpter aquam sibi admixtã cõfert: qd declarat etiam in plantis: dicens illis cõferre quando flant ex mari transeũdo super ipsũ ⁊ eleuãdo vapores dulces humectatiuos super plantas: qui cum perueniant ad eas facti sunt frigidi temperati sufficienter eas irrorantes mundãtes ⁊ vegetãtes. ¶ Et deinde [Erugines.] Approbat vlterius sermonẽ suũ per cõtrariũ: qm̃ quando fuerit siccus ventus hic ⁊ inaquosus sua humiditate ⁊ caliditate extranea: sicut.16. ꝓblemate.26. ꝑticule inducit erugines que sunt quedã adherentie fumose puluerulente causate in vegetabilibus a mã humida mala viscosa per talem ventum dispartita a qua vegetabilia colorem acquisiuerunt in nigredinem vergentẽ. Sicut in Italia circa maium vidi aliquando contingere: ꝙ ventus hic turbidus puluerulentus nebulosus spargebatur super segetes corrumpens eas intantum ꝙ deinceps non grana produxerunt.

Erugines que.

¶ Problema. XXIIII. Antiqua.

Ropter qd in austris grauius se hñt ⁊ impotẽtius hoies. Aut qꝛ ex paruo multũ humidũ fit liquatũ ꝓpter estũ: ⁊ ex vento leui hũidũ graue. Ampli⁹ aũt potẽtia nrã in articulis est: hi aũt relaxantur ab austrinis: declarant aũt somni inuiscatoꝝ. viscosũ.n. in articulis coagulatũ moueri ꝓhibet nos: hũidũ.n. valde eos distendit. Noua.

¶ Cur corpora humana se tardiora debilioraqꝫ sentiunt cum austri afflant. An quia multum ex paulo tunc redundat humoris: quẽ deliquescere tepor cocgit. Ex que ledi afflatu grauis hũor citatur. Adde ꝙ vires nostre condite in articulis sunt: qui austrinis laxari flatibus consueuerunt. Constat id ex eorum crepitu: que quidem

cõglutinata

conglutinata tunc remittunt̄ ac resoluunt̄. Tenax etenim humor qui articulis inditus est: vt concretus nos moueri nō patitur: sic nimis humefactus intendi minime sinit.

Mouet aliam q̄ōnē circa ventos dicēs. Quare est ꝙ qñ venti australes flauerint: hoīes maxie humidi: ⁊ ēt melācholici sūt grauiores ⁊ debiliores: ⁊ h̄ tā s̄ʒ virtutē sensitiuā interiorē ⁊ exteriorē q̄ȝ motiuā: q̄ȝ quando alij venti p̄flauerint: ⁊ maxime boreales: cū huius contrariū operent̄: sicut dicit̄ in 3ª particula afor. Qz aūt Ari. intēdat per verba p̄dicta ipedimentū virtutis sensitiue ⁊ app̄hensiue ⁊ motiue apparet satis per Ypo. in 3ª particula afor. vnde h̄ sermo est acceptus cū dixit. austrini flatus grauāt auditū caliginosi capita grauātes pigri dissoluentes ⁊c̄. Et in alio ait. Constitutiones austrine corpora dissoluunt ⁊ humectāt ⁊ capitis grauedinē ⁊ auditus grauifaciunt ⁊ vertigines in oculis ⁊ in corpore motū difficilem. ¶ Et notādū ꝙ per ventos austrinos est intelligere etiā alios duos ventos collaterales austro. Exp̄ssit autem eos sub noīe austri potius eo ꝙ p̄ncipalior in hoc existit ⁊ potentior operari. ¶ Deinde [Aut q2.] Soluit ⁊ assignat duplicem cām. ibi 2ª [Amplꝰ aūt.] dicit cāʒ esse: q̄ñ ex modica quātitate humiditatis coagulate: p̄pter estuātem caliditatē magna fit q̄ȝtitas ipsius qñ fuerit liquata ⁊ dissoluta: p̄pter vētū aūt suauē pigre mouētē hꝰ humiditatem liquatā ⁊ ipsaʒ reddēdo viscosam: causatur grauedo ⁊ obtusio in virtutibus aīalibꝰ ⁊ maxime app̄hensiuis. ¶ Deinde [Amplius aūt.] Assignat aliā cām s̄m ꝙ duo dixerat in p̄ponendo questionē. s. grauius ⁊ impotentius: dicit itaqȝ assignādo cām impotētie p̄cipue virtutis motiue: hoc esse: eo ꝙ virtus nostra motiua existit in articulis: qui quidē relaxati efficiunt̄ per ventos austrinos: mota flegmatica humiditate reddēte adeo molles ⁊ incōtinētes ꝙ nequeant pondus corporis deferre. ¶ Notandū est ꝙ articuli nomē varias hʒ significationes s̄m varietatē sciētiaꝝ de ipso loquētiū. Articulus. n. apud grammaticā est q̄dā signuʒ distinctiuū distinctione sexus vel generis: vtrū ne masculinū an fe. seu neu. Apud q̄deʒ theologum: articulus est scia firmiter credita reuelatione accepta: cuius nō est apd̄ nos rō. vñ di articulos fidei esse. 12. in symbolo cōtentos. Apud medicū vō ⁊ h̄ sumit̄ articulus pro cōcathenatione iuncturali vbi vnū os cū alio iungit̄ neruo ⁊ ligamēto mediante. vnde articulus quasi artuus: eo ꝙ in ipso pars parti arte. i. stricte firmet̄: in quo q̄dem loco multū humiditatis colligit̄. Tū p̄pter capacitatem loci susceptibilis. Tū p̄pter motū ⁊ fricationē calore attrahente inducto. Tū etiā q2 ad locū hunc humidū flegmaticuʒ demandat̄ a nā: ne fricatione ⁊ motu arescant extrema iuncturaꝝ cōiuncta: q̄re merito cum humiditas vētis his dissoluit̄ v̄tute caliditatis: accidit fieri viscationē quādā in iūctura: mō quo aues inuiscant̄ visco: ex qua reddant̄ impotētes in motu. ¶ Deīde [Declarat.] Manifestat dictū suū in exteriorib' dicēs: ꝙ illud ostēdit̄ ex sonis reꝝ viscosaꝝ: sicut picis aut colle. hec. n. cū mouent̄ adherēt fortiter tangentis motui resistendo: ita ꝙ anteq̄ȝ cedant trahenti extendunt̄: ⁊ intra se aereʒ colligunt: propter q̄ȝ cum trahens fortius agat ⁊ extendat adeo ꝙ crepent̄: tunc aer interior ⁊ exterior colligit̄ ⁊ sonus causat̄: eodē mō humidū in cōcathenatiōe iuncturaꝝ retentū viscosum partibꝰ ipsius inuiscatū: p̄hibet motū nostrum: ⁊ sonum etiam inducit. cum. n. reddit̄ vehemēter viscosuʒ motum adherens: p̄pter calidum extendit̄ se inuiscando circa extremitates iuncturaꝝ: ⁊ hoc problema tanget̄ iterum in. 41. problemate. 26. particule.

Articuli nomē equiuoci esse.

¶ Problema. XXV. Antiqua.



Ropter q̄d egrotant q̄deʒ magis estate: moriunt̄ aūt magis hyeme. Aut q2 in hyeme p̄pter densitatē intra corpora ↄtracto hūido: ⁊ laborātes magis: si nō digeramus sup̄fluitates que sunt in nobis collecte: vehemens necesse principiū esse egritudinis: tale aūt ex̄ñs corruptiuū ↄueniēter est ipsʒ esse. In estate aūt raro ⁊ infrigidato toto corpore ⁊ dissoluto ad labores ex̄ñte. Principiū aūt egritudinū necesse plura q̄dem fieri p̄pter labores ⁊ indigestionē inductoruʒ: etenim iuuenes fructus tunc sunt: sed non ita vehemētia p̄pter q̄ȝ bene auxiliabiles. Noua.

¶ Cur per estatē magis aduersa valitudie laboret̄: p̄ hyemē v̄o magis q̄ laborant emoriantur. An q2 calor qui per hyemē intus p̄pter corpoꝝ dēsitatē cohercet̄: paꝝ adiuuat: nec labor operū qui amplius per id t̄p̄us suscipitur: excrementa humoꝝ pōt cōcoquere: iō validaʒ esse mali originē necesse est. Q̄ȝ cū ita fit: p̄niciosuʒ morbū vigere ratio est. Cōtra: in estate qñ corpus vniuersuʒ raꝝ refrigeratū resolutū atqȝ laboꝝ impatiens est. Idcirco morbos plures q̄dem oriri necessariū videt̄. vʒ. ob lassitudinē cruditatēqȝ ciboꝝ. Noui etenim fructus tunc adsunt: nō t̄ñ ita validos esse nāe ratio patit̄: quāobreʒ facultas hisce succurrendi datur facilius.

Reuertitur Aristo. adhuc ad ip̄ressiones tēpoꝝ vt sermo eius sit cōpletus in eis: ⁊ de hoc ponit q̄ttuor p̄blemata vt apparebit. dicit igit̄ bimēbrem dubitationē p̄ponens: quare est ꝙ hoīes infirmant̄ sepiꝰ in estate: ⁊ supple minꝰ moriunt̄: sed in hyeme nō sepiꝰ infirmant̄: ⁊ moriunt̄ plus supple: p̄ p̄tes. n. duas expressas alias duas Ari. reticitas itellexi. ¶ Et nō. ꝙ iste sermo intelligēdus est vt verificet̄: non cōparādo oēs egritudines estatis ad illas hyemis: cū eniʒ valde plures fiāt estate q̄ȝ hyeme plures estate mori cōuenit: sed egritudines estatis numero equo debēt cōparari ad egritudies hyemis: vt. 8. estatis ⁊. 8. hyemis: ⁊ sic veritas in sermōe erit oīa. ¶ Deinde [Aut q2.] Soluit. ⁊ p̄mo assignans cām scd̄e partis dubitationis: cām dicit esse: q2 in hyeme humido ↄtracto ⁊ intra corpora ↄgregato p̄pter frigiditatē hyemis exp̄rimentē humidum ad intra: multe sup̄fluitates aggregātur in nobis: ex quibus si non bono digerant̄ regimine prius erimus laborātes magis. i. egrotātes vehemēter. Et quis fortassis in alio significato vellet ly laborantes accipere: sed h̄ mihi insanior videt̄ alioꝝ itellectꝰ: ⁊ merito egrotabimꝰ vehemēter: qñ necesse tūc vehemēs fieri p̄nᵐ egritudinis ⁊ cā. ꝙ aūt est tale corruptiuū est apte: ⁊ hꝰ cā melius apparebit in. 28. p̄blemate hꝰ p̄ticule: vbi h̄ repetemus p̄blema. ¶ Deīde [In estate.] Dic 2ª soluit ad p̄mā partē dubitationis dicēs: ꝙ in estate corp̄e per totum rarefacto infrigidato ⁊ iteꝝ d̄bilitato exūte p̄p labores. i. exercitia fortia ⁊ afflictiones. Nos. n. maxime laboramꝰ in estate: vel p̄pter labores. s. sp̄ōtaneos sub q̄bus cā egritudinis latitat. Ex quo seq̄tur ꝙ necessariuʒ est esse plura p̄ncipia ⁊ causas egritudinū. Tū p̄p laborē. Tū ēt p̄pter

indigestionem ciboꝝ aquosoꝝ mali chimi assumptoꝛū: nam in illo tempore sunt fructus recentes aquosi indigesti existes principalissima causa putrefactionis: sicut Gal. conquerebat in pueritia sua de illis: eo q propter eoꝝ comestionē pessimas incidit egritudines patre ipsius mortuo τ tanq̄ a vinculo preceptoris absolutus. vt apparet. 5. de regimine sani. ¶ Deinde [Sed nō.] Tangit 3° alterā partium reticitarum: τ dicit q lz fiant hoc tempore estatis egritudines plurime: non tamen sunt earum principia causantia vehementia: τ ideo tales egritudines de facili possunt auxiliari τ sanari cito: sic. n. accidit istis hoc tempore vt corpori mensurato: qd cito recipit egritudinem: τ cito sanatur: vt dicetur in. 5. particula. τ in. 22. pble. quod τ in. 28. huius particule amplius apparebit.

¶ Problema. XXVI. Antiqua.

Propter qd post cōuersiones vtrasq3 vsq3 ad cētū dies moriūt̄ maxie? Aut vsq3 intm̄ vtraq3 supabūdātia durat calidi quoq3 τ frigidi. Supabūdātia aūt ī firmis fac̄ morbos τ corruptiōes. Noua.

¶ Cur post vtrūlibet solsticiū per cētū dieꝝ spatium mori maxie accidat? An q catenꝰ vtraq3 vehemētia caloris τ frigoris se dilatat: q̄ morbos perniciēq3 afferre infirmis potest?

Mouet aliam dubitationem quare est q post cōuersiones solis ambas vsq3 ad spatiū tpis cētū dieꝝ: quaꝝ vna est quando sol ingreditur pncipium cancri: quod est circa mediū iunij: τ altera que est cum ingreditur pncipiū capricorni: circa medium decēbris: infirmi potissime moriunt̄ ab egritudinibus suis: dicūtur etenim predicta duo puncta. i. capitis cancri τ capricorni conuersiones condigne: quoniam qn̄ sol peruenerit ad hec predicta: non potest vlterius accedere ad nos: vt in pncipio cācri: neq3 recedere amplius a nobis: vt in principio capricorni: sed recedit retro τ aduenit: τ bis in anno contingit. ¶ Deinde [Aut vsq3] Soluit. τ dicit cām esse: quoniam ad tm̄ spatium temporis extenditur excessus τ permanet calidi τ frigidi: vt calidi in conuersione cancri: τ frigidi in conuersione capricorni: sed excessus paratis maxime vt infirmis debilibus inducit morbos τ corruptiones vel mortes. quare τc. vt apparuit primo pblemate. ¶ Nota q illud tempus cētum dierum continet tres menses cum decem diebus. vnde impressio cōuersionis capitis cancri durat pportionabiliter vsq3 ad. 25. diem augusti: τ impressio conuersionis capitis capricorni: vsq3 ad. 25. diem martij: sic itaq3 est dicere q mors potissime cōtingat infirmis estate τ hyeme. ¶ Et notandū q mors cōtingens his tēporibus τ morbus maxime causatur a subita mutatione qualitatum actiuaꝝ que vehementer imprimunt: sicut pz 2° de generatione τ corruptione. τ. 4. meta. de foris occurrentium vt caliditatis in estate: τ frigiditatis in hyeme: mors aūt τ morbus contingens vere τ autūno magis est a causa interiori: in vere etenim corpus mā̄ difformi est repletum: cū autūnus cōseruauerit humores assatos estatis sui frigiditate: τ hyems incineratos humores autūni. Et iteꝝ vnūqdq3 tempoꝝ suū humorē multiplicat: adeo q in vere plurimi τ differētes sunt humores ī corporibꝰ: sed autūni egritudo pp̄ter debilitatē virtutis: τ pp̄ter corruptos humores estatis τ sui pōt dici magis a cā interiori τ humorali generari. Jtidem vere τ autūno q̄litates actiue nō sunt in suo excessu: τ hoc viso de isto τ sequēti pblemate hesitanti veritas poterit apparere.

Tex. c. 56. τ alibi

¶ Problema. XXVII. Antiqua.

Propter qd ver τ autūnus morbiferꝰ. Qm̄ mutatiōes morbifere. autūnus ℞o vere morbidior: q2 magis calido īfrigidato q̄3 frido calefacto egrotamus. Jn vere qdem igit̄ frigidū calefit: in autūno aūt calidum infrigidatur. Noua.

¶ Cur ver atq3 autūnus morbis infestent. An q2 mutationes graues oēs occurrūt. Sed autūnus vere grauior est: q2 corpore calido refrigescente q̄3 frigido incalescente potiꝰ egrotamus. Ut igitur vere frigidum recalescit: sic autumno calidum refrigescit.

Querit quare est q ver τ autūnus sunt morbos afferentes. ¶ Deinde [Qm̄ mutatiōes.] Soluit. τ primo assignat cām huius dicens: qm̄ eoꝝ. s. mutationes tēpoꝝ sunt morbifere. Et nō est mirū si talis sequat̄ effectus. s. morbidū esse: que qde3 mutationes morbose plus vt tactū est cōtingunt rōne humoꝝ interius corruptoꝛū q̄3 ratione occurrentis exterius: τ maxime in vere: cū hec duo tempora vigeant in qualitatibus plus passiuis debilius imprimentibus. ¶ Deinde [Autūnus.] Hic secundo comparat ver ad autūnū τ dicit: q autūnus magis affert morbos vere: τ cām assignat quoniā magis cōtingit egrotari infrigidato qd est calidū: q̄3 calefacto qd est frigidu3: quia caliditas est amica nature: sicut dicit Auicē. quarta pmi. τ Hip. quinta particula afo. frigiditas aūt est paralyticu3 faciens: τ oēs nature destruens operationes: sicut dicit Auicen. in eodem. fen pma. nunc aūt sic est: q in vere illud qd fuerat infrigidatu3 in hyeme calefit τ tēperat̄: τ in autūno: qd calidum extiterat pp̄ter estatem: infrigidatur: pp̄ter qd cōuincit̄ autūnū morbidiorē vere τ mortaliorem τc. ¶ Notandū est q ver fm̄ se temperatissimu3 est τ suauissimum τ sanissimū. vnde Hippo. in 3ª particu. afor. Ver est sanissimū τ minime mortiferꝰ: p accidēs aūt corpus varijs multisq3 replēs humoribus: τ virtutē de se pmentibusque qdē mouens mām τ nō potens expellere perfecte: multotiens pp̄ter hoc causa est egritudinū plurimaꝝ: pp̄ter qd dixit Hip. ibidē. vere siqdem manie fiunt τ melancholie τc. ¶ Autūnus aūt non tm̄ per accn̄s: sed per se est morbosior vere τ pestilētialior quatuor de causis: sicut apparet per Gal. in 3ª particula afor. pmo pp̄ter inequalitatem τ subitā mutationem: quoniā in ipso nunc est calor nunc frigus pluribus vicibus in die etiam vna: scdo etiā q2 veniens post estatem in pluribus corporum inuenit humores incēsos: tertio quia in plurimis inuenit virtutē defectam: q̄rta cā est particularis magis in male se dietantibus ex fructuū comestione: qbus chimi moli in interioribus corporis latitant qui ex modica ipsius occasione mouentur ad putredinem faciendam.

Ver sanū

Autūnus morbosus

¶ Problema. XXVIII. Antiqua.

Propter qd in hyeme minꝰ sunt egritudines q̄3 estate: mortifere ℞o magis in hyeme? Aut q2 in estate qde3 a parua occasione egritudines: in hyeme ℞o nō. magis digestibiles enim τ saniores sumus nobis ipsis. q̄re merito q̄ a maiori occasiōe fiunt maiora τ magis destructiua. hoc idē aūt τ in athletis τ oio īdispositis sane videmꝰ:

aut

aut enim non occupantur a morbo: aut ut cito occupentur magna causa indigent ad egrotandum τ corrumpendum. Noua.

¶ Cur per hyemẽ minus qdem q̃ per estatem sed perniciosius egrotet? An q̃m in estate morbi vel parua de causa existunt: qd in hyeme minime accidit ita. Sumus enim tunc τ ad cõcoquendũ τ ad bene valendũ aptiores. Itaq3 ratione maiora pniciosioraq3 mala sunt: que maiori de causa peruenerint. Qd idem in athletis: τ omnino in his qui scda valetudine esse solent licz pspicere. Aut enim nullo morbo premunt: aut pressi celeriter e vita decedũt. Quippe qui nisi magna cũ causa egrescere nequeant.

Repetit 25. pblema vt magis exponat τ pfectiꝰ habeat cã: maxime illius ptis dubitabilis q̃re plus moriunt hyeme hoies. Proponit itaq3 τ p3. ¶ Deinde[Aut q2.]Soluit. τ p̃ assignat cãm: q̃re minꝰ moriunt estate dicẽs hoc eẽ q̃m ꝯtingũt egritudines estatis a modica occasione. In morbis eni3 minus piclitant egrotantes: τ est sic dic Hip. in scda pticula afor. si itaq3 cã est parua τ effectus erit paruus cũ cã τ effectꝰ sint pportionabiles: sicut di 2° phi. ¶ Deinde[In hyeme.]Hic 2° reddit cãm quare magis moriunt in hyeme. τ p̃mitus facit hoc dicẽs in hyeme egritudines nõ fieri a modica occasiõe s3 a multa: τ hoc declarat: q̃m hyeme vie digõnis nutrimẽtorum spũum: τ breuiter oẽs ductus τ ꝯcauitates nostri corporis sunt cõplentes bonã digõnes pp̃ter cõfortationẽ caloris nãlis: τ vliter a nobis ipsis sentit: nos fore saniores τ fortiores q̃ in aliis tẽporibus: hoc tñ maxime h3 veritatẽ in corporibꝰ calidis carnosis: que frigiditate nõ superantur hyemis: sed cõfortant magis: sic itaq3 se habẽtibꝰ: si egritudinẽ icurrunt erit mortalis: q̃m que cõtingunt a maiori occasione sunt vehemẽtiora τ magis corruptibilia: fortis eni est ignis q in aqua nõ extinguit: sicut scribit a Gal. in scda pticula afo. ¶ Deinde[Hoc autẽ.]Manifestat hoc scdo in corporibꝰ fortibus dicens: q hoc cõtingit videre in pugillibꝰ τ in his totaliter qui sunt bene dispositi: sicut in hñtibus habitudinẽ bonã: de quibus loquit Hip. in prima pticula afo. In exercitantibus ad summũ τc. tales etenim aut non icidunt in ifirmitatẽ: aut si festine occupentur: requiritur causa grãdis valde que eos egrotare faciat τ interimat. de quibus dicit Auicẽ. scda quarti. τ Almansor in. 10. Qui tarde infirmãtur raro euadunt, multũ nãq3 congregatum est materie. Et scias Aristo. arguere virtute illius afori. in morbis minus τc.

¶ Problema. XXIX. Antiqua.



Ropter qd autũno τ hyeme adustiones magis fiũt in frigidis temporibꝰ? estate ho rigores impediunt adustionibus entibus? Aut q2 eorum que sunt fm hoiem cholera qdeз est calida: flegma autẽ frigidũ. In estate qdem igit frigidũ resoluit: τ diffusum rigores τ tremores parat. In hyeme ho calm a tẽpore vincit infrigidatũ. Adustiones ho magis molestãt hyemis τ autũni: q2 ppter frigus calm intrinsecus cõtrahitur. Adustio aũt intrinsecus est: τ nõ supficialis: merito igitur adustiões hoc tẽpore fiũt. addiscet vtriq3 aliqs hoc certius in frigido balneatis hyeme τ balneatis hyeme calido: q2 qui frigido balneantur: rigorem patiẽtes modico tp̃e quousq3 balneant: reliq̃ die nihil patiunt a frigore. Qui ho calida aqua vtentes difficilius rigẽtes viuunt: corp qdẽ qui frigido balneant densatur caro: τ contrahit ad interiora calm: corp ho qui calido balneantur: caro rarefit: τ calidũ ad exteriorem locum attrahitur. Noua.

¶ Cur per autũnum ac hyemẽ febres ardentes potius oriant: que tempora frigus preseferũt: per estatẽ ho: cũ estus adsũt: rigores magis infestent? An quia in corpore hois bilis calida pituita frigida est. Itaq3 per estatem qd frigidu3 est dissoluit: diffusumq3 horrores: tremoresq3 excitat. Per hyemem aũt qd calm est: vi tẽporis pressum refrigescit. Febres tamẽ ardentes per hyemẽ autũnũq3 potius conflictant: q̃m calor pulsus a frigore introrsus se cõtrahit. Ardor enim non residet in sũmis: sed intrinsecus se expandit: atq3 ita efficit vt ratione febres ardẽtes hyberno tẽpore oriant: melius id in his itelligi põt: q aqua frigida quiq3 calida se hyberno tẽpore lauerint. Qui enim frigida se infuderint ibi aliquãdiu du3 diluerent friguerunt: reliquo toto die tuti a frigore sũt. At qui calida vsi fuerint frigus diutius experiunt. Caro eni3 spissescit calorq3 introrsus se colligit eor qui se aqua diluerint frigida. Contra aũt his euenit qui calidaз admiscere. Caro quippe rarescit: calorq3 ad exterum vsq3 locum euocatur.

Mouet Aristo. vltimã q̃onem circa cõstitutiões tẽpor: in qua qdẽ cõparant egritudines hyemis τ estatis adinuicẽ. Proponit itaq3 dubitationẽ hũc hñtẽ tãgẽdo motiua ad oppositã partẽ: τ dicit: q̃re est q in autũno τ hyeme magis cõtingũt egritudines adustiue sicut causones: τ febres ꝯtinue hñs adurentes sepulte: h enim nõ videt q̃m hec tẽpora sunt frida: in qbus hñt fieri egritudines ex frida cã magis: cũ egritudo sit pportionabilis tẽpori. Et iteru3 q2 in estate fiunt egritudines hñtes rigores τ frigora: qd nõ videt: cũ tunc sint adurẽtes feruores in aere magni. ¶ Deinde[Aut q2.]Soluit p̃mo. scdo declarat solonẽ suã τ ꝯfirmat per quedam extrinseca manifesta. ibi scda[Addiscet vtriq3.]scda in duas fm q dubitatio fuit bipartita: τ dicit cãm esse: q̃m humiditatũ existiu3 in hyeme chola est qd calm τ flegma est qdã frigidũ: s3 q̃n frigidũ resoluit τ diffundit infridat obuiãtia: sed hoc fit in estate: q̃re τc. eliquat eni3 τ diffundit qd qdẽ sic diffusu3 τ eliquatu3 rigores τ tremores inducit. ¶ Nota q p rigores τ tremores possumꝰ itellere oẽm friditatẽ in hõ morbis pceptã estate: vl fortassis qs p hos itelliget typos tertiane: eo q dicet eã plm ꝯtigere i estate: τ ꝯtinuã plm i hyeme: s3 q2 Ari. dic i estate frm resolui vz magis itellere p rigores τ tremores friditatẽ mãe q̃ calitatẽ. ¶ Nõm ẽ q rigor horripilatio τ frigꝰ st q̃dã disponẽs anteс poxismos febriũ: quarũ mã continet extra venas: que vocant

Rigõ horripilatio τ frigus qd sint.

cōmuni noīe typi:de gbus Auic.pma quarti. pfert talem sermonē. Dorripilatio est dispositio in qua inuenit corp⁹ diuersitatem in frigore ⁊ punctionez in cute ⁊ lacertis ⁊c. Frigus vo est vt sentiat in membris suis ⁊ dorsis lacertorum suoꝝ frigus paruum. Rigor est vt nō possit cōtinere membra sua ex cōmotione ⁊ tremore eueniente in eis ex motibus inuoluntarijs. Et fortasse est frigus forte. Magistraliter quoqz dicit quattuor esse typos. s. rigorē q est cholere ⁊ horripilationē melie: ⁊ frigus flegmatis: ⁊ tremorez cōem typum oibus modis febrium: ⁊ de hoc sunt versus. Est triplex typ⁹ rigor horripilatio frigus. Frigus flegma: rigor est cum cholera pungit. Cūqz poros claudit fex sanguinis tertius huic. Et tremor quartus circuens omne genus. ℂ Deinde[In hyeme vo.]Soluit ad scđam partem quesiti dicēs: qm calm qđ erat exterius hyeme superficialiter in nobis: vincit. i. superat post pugnā a friditate aeris: vel vincit accentu producto. i. ligat interius a frigiditate hyemis circūstanti extra: qđ enim erat exterius calm conuertit interius impulsum a frigore: vn̄ adustiones intrinsecus facte in tēporib⁹ frigidis: sicut autūno ⁊ hyeme nocent vehemētius. Et exponit moduz hꝰ magis qm calm coadunatur interius impulsum a friditate exteriori: propter qđ accidit fieri cauma centraliter: cum calm nō possit habere expirationē extra ⁊ non superficialr permaneat: sicut cū chola in aliqua tertiana piodica putrefit in spongiositatibus membroꝝ: sic enim hic contingit: vt est accidere in generatione lapidis tonitrui: ppter frigiduz enim per antiperistasim fortitudo intrī coadunata fortificat calidoꝝ: q lapis vapore adusto conficit inde: sicut pz primo metheo. ℂ Deinde[Merito.]Concludit pncipaliter intentū dicēs: itaqz condignum est hꝰ tempore frigido. s. autūno ⁊ hyeme fieri egritudines interiora adurentes: ⁊ componit hic talis sermo. Illo tempore quo calor exteri⁹ vincit a suo cōtrario ⁊ fortificat interius vehemēter: cōtingit adustionem fieri: hoc autez est in hyeme ⁊ autūno: quare ⁊c. maior vo accipit ex sciētia metheorologica: minor aūt declarat in lra. ℂ Deide[Addiscet.]Declarat in exterioribus: ⁊ pmo ppouit dicens aliquem posse manifestius percipere qđ dictuz est in adustione: si cōsideret aliquos balneatos in aqua frigida in hyeme: ⁊ quosdā in calida: videbit enim balneatos in frigida aqua pati frig⁹ in modico tempore: in scđo vo die ⁊ in alijs magis cū balneabunt nihil patient frigiditatē aque: cum pori sint iā clausi: per quos aqua nō dōt ad sensibilia introrsum puenire: vel ex simplici balneatiōe in reliqua parte diei: ⁊ deinceps nullo modo a frigore patiētur: sed illi qui hyeme fuerint in calida aqua balneati: permanebunt in vita cū frigiditate intēsiore post aliquas balneationes ꝙ etiā illi qui pmo fuerint in frigida balneati. ℂ Deinde[Eorum gdē.]Dic scđo reddit cām huius cōtingentie dicens q caro cōdensatur: ⁊ calm iterius coadunatur illis qui balneātur in frigida propter repercussionem exterius a frigido factā: pp qđ frigore nō penetrāte: ⁊ calido nō expirante permanebūt iteriora vehemēter cala. Illis vo qui in cala balneantur: caro redditur rara porosa: ita q calor cōgaudens caliditate exteriori aquatica egreditur: faciendo poros latos vsqz ad supficiē exteriorē: ⁊ exhalat t ⁊ frigus extrinsecuz superintrat inueniendo poros apertos: sic itaqz cōtingit sic egrotātib⁹ autūno ⁊ hyeme: sicut balneatis in aqua frigida hyeme: ⁊ egrotātib⁹ in estate sic balneatis in cala hyeme: hn̄ dictū est egritudines assatiuas fieri autūno ⁊ hyeme: estate vo egritudines hn̄tes rigores ⁊ frigora. Nosce q hic sermo verificatur in corporibus calidis carnosis ⁊ non oppositis: vt ostenditur in afforismo. ventres hyeme ⁊ vere ⁊c. oportet autem q materia que assumitur in tempore frigido sit magis in calido generate.

Cauma cētralr vnde accidat

Cap. 4.

ℂ Problema. XXX. Antiqua.



Que est cataplasmatis virtus. Aut propter id quod resolutiuum est ⁊ apertionem ⁊ euaporationem facit in hoc manifestum est quando sanies fuerit. Aut si dissoluto calido mutetur sanies: si autem non minime. Noua.

ℂ Que nam virtus sit cataplasmatis. An vt resoluat: vt moueat sudorez: vt euocet vaporem. Quoniam argumēto cōstet abscessum iam purulentum esse: an si aqua perfusus calida imutatur: purulentus est: si minus nōdum est.

Expeditis causis egritudis ad theoricā magis ptinētib⁹. Nūc determinat pblemata circa curas eaꝝ practice attinētia. pars aūt hec diuidit in tres: sicut triplex est medicoꝝ instrm. s. dieta: potio vel medicina: ⁊ chirurgia. Primo. n. determiat pblemata ad chirurgiā spectātia. 2° ad dietā. 3° vo ad potū attinētia. 2° ibi in 36. pblemate. 3° in. 37. ℂ Et fortassis rō ordinationis Aristo. vt premittat tractationē chirurgie diete ⁊ potionis sermoni fuit: qm operio chirurgie est necessarior visa operatione diete ⁊ potionis: aut est māifestior: ⁊ a manifestis dictū est prius inchoare doctrinā: aut qz in ea maiora cōtingunt peccata. 7. de inge. sani. Proponit itaqz pmo vnum pblema de opatione cataplasmatis vlr circa tumores innāles querēs: que ⁊ q̄lis est vtus opatiōis cataplasmatis. ℂ Et nota q per cataplasma itelligo oēm administrationem extrinsecus factā ⁊ qualitercūqz: quā circa hꝰ tumores vel apata chirurgicus exercet: siue illud sit emplastrū aut tyle vel diniach: aut maiam aut vnguētū vel cerotuz: vel embrocha: vel epithima: fomentum: synapismus siue oleum vel hꝰ: quoꝝ gdē notificationē ⁊ dr̄iaz: qz nota est itelligenti: lōgitudini parcens omitto. ℂ Deinde[Aut pp id.]Soluit. ⁊ diuidit in partes duas sicut duas operatōes cataplasmatis ponit dicēs: pmo q virtus opationis cataplasmatis est: qm ppter illud qđ est resolutiuum subtiliatiuum causat opationē in corpore subintrādo per poros: ⁊ extrahēdo inde humida in fumū ⁊ vaporē exterius emittit. Et q hec sit virtus opationis eius declarat dicēs: hoc fieri notū: qn̄ fuerit sanies in apate: ⁊ quis applicauerit cataplasma: tunc eniz cognoscet virtutē opationis eius resolutiuā. ℂ Notādū est fm Gal. in libris simplicis medicine: ⁊ Auic. 2° can. ⁊ lib° de medicinis cordialib⁹: q medicina apertiua est: cuius ppietas est: vt moueat materiam existentē intra cōcauitatē meatuū ad exteriora: vt remanere faciat ꝯcauitatē apertā. Medicina vo resolutiua est cuius ppietas existit: vt separet humorez faciēdo ipsum euaporare. ⁊ extrahēdo a loco in quo fuit retētus. s. partez post partē: donec assiduatiōe istius opationis terminat illud. ℂ Notandū ēt gr̄a eius q dixit sanies: q nutrientiū corpus nr̄m ingredientiū aliqd ꝯuertit in verū nutrimētū: dum nutrit in tertia digōne: ⁊ aliqd i supfluitatē: ⁊ hoc aut erit pme digōnis: ⁊ sic est stercus. aut scđe: ⁊ sic est vrina: aut tertie: ⁊ h̄ est duplex. aut efficit adeo subtilis q fere isensibilr expellit: ⁊ sic est sudoris supfluuz ⁊ sordiciei. aut est grossior: ⁊ h̄ aut est nālis ad aliqđ officiū nāe istitutū: aut oino pter nāz: aut medio mō. si nālis sic est sperma ⁊ lac etiā: ⁊ sperma grandē silitudinē habet cuz membris spermaticis: cui⁹ gdem esse totalr est a caliditate nāli vincente libere: neqz est supfluū qualis sed quāti soluz. si aūt sit inaturalis oino: ita q calor inatus corrumpat: tunc est

Nō de cataplasm.

Medicin apertiua ⁊ medicine resolutiue

Vnde de nutrimēt.

putredo vel marcor: aut virus. si medio modo se hñs: tūc aut declinat magis ad latus nālitatis vt spmatis: ꝛ sic est mā hypostasis residens in fundo vrine: no enim calor est adeo temperatus nālis vt in spmate: neqꝫ corruptus pro parte vt in sanie: sed medius est: debilis. s. nō potēs totalr assimilare vel in fumū insensibiliter foras mandare: aut magis declinat ad latus inālitatis: ꝛ sic est sanies: cuius cē partim est a calore nāli: ꝛ ideo silitudine quadā lata mutabiliter assimilaꝛ membris spermaticis: ꝛ partim a calore accñtali: vincitur tñ finalr calor accidētalis eꝛ̄neus ꝛc̄. sic itaqꝫ in sanie est aliqua opatio digestiua nālis: que nō est in marcore vel putrefactione. hec verba tanguntur vtcunqꝫ a Gal. in fine pme ptis pnosticationis Hip. ❡ Deinde[Aut si.] Tangit hic 2° aliam virtutē opationis cataplasmatis: sed attendendū vt itelligaꝛ: qđ dictū est etiaꝫ ꝛ dicendū est: ꝙ in pncipijs apostematū apponēda sunt stiptica repercussiua pura: in angmēto repercussiua multum cū resolutiuis parū: in statu aūt miscere opꝫ ambo equaliter: sed in declinatiōe vtenduꝫ est solū resolutiuis: sicut dicit Aui. pmo can. fen quarta. qđ ꝛ in tertio de inge. sani. est apparēs. Unde cū dixit Arist. manifestū ꝛc̄. tetigit curam factam per virtutē opationis cataplasmatis existēte apostemate in declinatione: cū iam facta sit sanies: tunc enim velociter manifestaꝛ ꝛ satis opatio virtutis cataplasmatis. Dicit igiꝛ tangēs alteraꝫ opationē cataplasmatis ꝙ calido extraneo resoluto opatione cataplasmatis mutaꝛ saniei: materia enim saniei future mutatur ꝛ reduciꝛ ad benignum: que qdem si nō mutareꝛ in benignū humorem: minime. i. nō phibereꝛ virtute cataplasmatis generatio apostematis: ꝛ sic cura hu⁹ apostematis erit exñtis in pncipio pncipiāte p cataplasmata stiptica facta. Ut aūt veritatem hēat qđ diciꝛ: nō itelligaꝛ mām iam exisse extra venas in porositates mēbrorū ꝛ ad eas reuerti: vt fiat nālis: imo opꝫ eam putrefieri: sicut dicit Gal. in libro de malitia cōplex. diuerse: ꝛ in fine primi pnosti. Unde Hippo. in 7ª particula afo. sanguinē in ventrē effusuꝫ necesse est putrefieri ꝛ in saniē cōuerti: sed opꝫ itelligere materiā existētē adhuc in extremitate paruaꝝ venarū: hō eniꝫ corrigiꝛ per cataplasma stipticū ꝛ per attractiuuꝫ ad diuersa. ❡ Et pp hanc cauillationē ꝛ siles insurgētes aliquis exponet hunc sermonē de cura apatis exñtis in statu circa ei⁹ mediū. Dicit: si dissoluto calo eꝛ̄neo ꝛ mitigato per cataplasma maturatiuū cū resolōne: qđ sit circa statuꝫ in antecedente cā: qꝛ circa gñationē saniei dolores ꝛ feb. magis accidunt ꝙ facta sanie: sicut dicit Hip. in scđa pticula afo. Muteꝛ sanies. i. efficiaꝛ ex cā ante: si non sup. fuerit cataplasma maturatiuū minime efficieꝛ sanies: saltē vt facta est: vel alr si nō dissoluaꝛ calm eꝛ̄neuꝫ ꝛ mitigeꝛ: minime curabiꝛ. Et scias ꝙ qꝛ in his pblematib⁹ chirurgicis maxime text⁹ est grandis truncatio: nō sic hēri pōt Arist. intellectus.

❡ Problema. XXXI. Antiqua.

Que oportet vrere ꝛ que icidere. Aut quecunqꝫ quidem habent os ampluꝫ ꝛ nō cito cōsolidantur. hec vrere opꝫ: qualiter escara illic cadat: sic eniꝫ non erunt cicatrizata. Noua.

❡ Que nā vrenda: queue sint icidenda. An que ore sunt amplo nec breui coaugmententur: hec vrenda sunt: vt crusta illic incumbat. Sic enim nullū pus cicatrize inducta occultabitur.

Risio. ℃ Dicendũ ꝙ nõ est cõtrarietas: cum Hippo. loquatur de corpore inanito omnino quantum quidem ad ventrem ⁊ totum corpus. Aristo. ṽo potius de repleto. sermo enim hic verus est de corpore vtcunqꝫ pleno: de quo timemus propter ampliorez repletionẽ: sꝫ tale corpus ꝑ ieiunia ⁊ exercitia paulatiue pri-

minus occurrentia curabitur optime:sic itaqꝫ sermo Aristotelis ⁊ Yppo. in corpore est diuerso.

¶ Problema. XLVII. Antiqua.

Propter quid pharmaca ⁊ amara ⁊ fetida vt frequenter purgant? Aut quia omnia fetida ⁊ amara indigestibilia sunt: propter hec ⁊ pharmaca amara ⁊ fetida: indigestibile esse ⁊ motiuu᷑ cum amaritudine pharmacum est: ⁊ si detur plus corrumpit: quecunqꝫ autem quamuis parua dantur corruptiua sunt: ⁊ non pharmaca dicantur esse: sed mortifera: neqꝫ quecunqꝫ non qualia purgant: non sunt pharmacie: etenim ciborum multi quidem faciunt: sed quanti dabuntur: vt lac: oleum: mustum: omnia autem talia propter id ꝙ non sunt bene digestibilia purgant ⁊ hos. sunt enim alia alijs bene digestibilia ⁊ male digestibilia: propter quod non omnibus hec medicinalia: sed quibusdam propria. omnino autem medicinam oportet non solum non digeri: sed ⁊ motiuam esse: quemadmodum ⁊ exercitium exterius vehemens aut interius. mutatione enim purgat extranea. Noua.

¶ Cur medicamenta ⁊ res amare aut fedi odoris magna ex parte purgare possunt? An quoniam amara quecunqꝫ maleqꝫ olentia concoqui nequeunt? Qua de cā medicamenta quoqꝫ amara sunt atqꝫ fetida. Ea enim concoctionem nullam sibi amittunt: mouereqꝫ cum amaritudine possunt: hinc medicamenti sortiuntur naturam. Et si iusto plus data sint perimunt. Que autem necant etiam si exigua dentur: hec nō medicamenta sed toxica esse dicimus. Ne illa quidem medicamenta vocamus: que non sui generis qualitate purgare queant. Sunt enim pleraqꝫ in genere cibi: que si large sumantur facere idem poterūt: ceu lac: oleum: mustum. Sed hec omnia ꝙ minus facile concoquuntur: idcirco purgant: nec omnes: sed aliquos. Sunt enim alijs alia cōcoctu facilia: difficiliaue. Quāobrē non eadem medicamēta omnibus sunt: sed propria plerisqꝫ cōperiuntur. Deniqꝫ medicamentum nō solum concoctione imune: sed etiā motus efficiens esse debet: sicut ⁊ exercitandi ratio extrinsecus: aut intrinsecus accedens nō nisi per motum alienam excernit materiam.

Reuertitur adhuc phs ad querendum circa operationē quarūdam medicinarum: ⁊ dicit proponēdo. vnde est ꝙ pharmacia ⁊ alia etiā quedā purgant: vt amara ⁊ fetida: ⁊ hoc sicut frequēter accidit. dicit autē frequēter: quia hoc non semper cōtingit: propter cōsuetudinē enim potest esse: ꝙ illud qḋ est pharmacia simplex ⁊ amarū ⁊ fetidum nō soluat: sicut apparet: dictū est enim in. 45. problemate: ꝙ cōsueta in comestionibus nō amplius remanent pharmacie: similiter etiam hoc potest habere quis a natiuitate: vt ꝙ amaro ⁊ fetido delectetur: sicut saturnini ⁊ martiales. Unde Haly. 40. verbo centiloquij dicit se vidisse vnum diuitem: cuius natiuitatis domini fuerant saturnus ⁊ mars: ⁊ ipsi fortes qui delectabatur in comestione marinarum belluarum: que insulse erant: ⁊ fetentes. Aut fortassis contingit hoc aliquādo eo ꝙ corpus sit famelicum summe: ita ꝙ auiditate pre nimia ex illo amaro ⁊ fetido eliciat aliquid nutrimenti. ¶ Deinde [Aut quia.] Soluit. ⁊ diuiditur in tres: primo enim ostendit ꝙ pharmaca fetida ⁊ amara sunt medicine solutiue. secundo ostendit que sunt venena. tertio que non sunt medicine nisi valde improprie ⁊ s̄m quid: ibi secunda [Quecunqꝫ autem.] ibi tertia [Nec quecunqꝫ.] Dicit itaqꝫ causam esse: quoniam omnia fetida ⁊ amara non digeruntur a natura: tum quia de se non sunt digestiua. non enim continent aliquid iuuatiui ad digestionem nutrimentalem: tum etiam quoniam natura ea abhorret. natura enim delectatur ⁊ confortatur in odoribus: sicut dicit Damascenus in suis afo. Unde Aristo. ad Alexan. scripsit ꝙ omnis odor est cibus anime. Item amarum ⁊ siccissimum est omnino contrarium nutrimento: propter quod Galenus in quarto de sim. medi. dicit ꝙ ex amaro non generatur neqꝫ nutritur animal: sicut experimentaliter declarat in quodam mari amaro: quod etiam per Aristo. apparet secundo metheo. ⁊ ideo quia talia sunt idigestibilia sunt solutiua. Pharmacum enim amarum est: ⁊ fetidum: ⁊ ideo solutiuum: de quo quidem si vltra mensuram debitam administretur destruit corpus. ¶ Nosce ꝙ per amarum auditur sapor omnis extraneus nature humane: is illud q̄ multum insit amaro ac proprie calidiori. ¶ Deinde [Quecunqꝫ autem.] Ostendit que sunt venena dicens: ꝙ quecunqꝫ sunt talia ꝙ ipsa data in modica quantitate corrumpere possunt alia non debent dici pharmacie: sed venena letalia: sicut sunt napellus: euforbium: mezereon: pomum colloquintide singulare: ⁊ proprie non consolata. ¶ Deinde [Nec quecunqꝫ.] Ostendit que non debent dici medicine: ⁊ primo facit hoc dicens ꝙ illa que non purgant ratione qualitatis non sunt pharmacie: nam de ratione pharmacie est: vt purget quale: vt dictum est in quadragesimo secūdo problemate: quod declarat dicens: quia nutrimenta multa sunt que si dentur in multa quantitate purgant: sicut est oleum: lac: mustum: ⁊ huiusmodi. ista si quidem data in multa quantitate: eo ꝙ non possunt bene digeri: habent purgare: ⁊ maxime purgant illos in quibus non bene digeruntur ⁊c. ¶ Notandum ꝙ oleum redditur indigestibile: quia vnctuosum est valde: ⁊ ideo omnino abominabile ⁊ maxime christianis: qui ipso minime vtuntur in potu: sicut quidam saracenorum potant. Lac autem ⁊ si in se sit digestibile: tamen ratione quantitatis superflue: ⁊ ratione suscipientis non dispositi ipsum digerere redditur indigestibile. si enim debet digeri oportet ꝙ stomacho occurrat sufficienter temperato: sicut apparet per Galenum quinta particula afo. sed mustum ⁊ maxime non bullitum propter aquositatem indigestam generat ventositatem ventris postea motiuam. ¶ Deinde [Sunt enim.] Ostendit ꝙ huiusmodi s̄m quid sunt medicine di. ꝙ quedam sunt aliquibus bene digestibilia ⁊ aliquibus male: ⁊ ideo non fiunt huiusmodi omnibus pharmacie: sed solum quibusdam. vt illis quibus nō sunt digestibilia huiusmodi autem diuersitas potest contingere in quantitate superflua: ⁊ a virtute cōstellationis ⁊ ab elementorum proportione difformi. similiter etiā vt tactū est prius a cōsuetudine. ¶ Deīde [Propria.] Ostēdit tertio que sit propria

Amarum contra nutrimentum.

Oleū non digestibile

Lac quō digestibile ⁊ quō nō.

medicina approbando quod dictum est: ꝛ dicit bene di-
co ꝙ talia nõ sunt pharmacie vel medicine nisi ſm quid:
quoniam de ratione vere medicine non solum est ꝙ non
digeratur: sed cum hoc etiam oportet esse bene motiuam:
ita ꝙ egrediatur extra per iferius aut superius: ꝛ hoc de-
clarat dicens: ꝙ sicut exercitium cum nobis aduenit siue
sit a causa exteriori siue interiori mundificat extranea su-
perflua in corporibus nostris contenta: ꝛ hoc propter mo
tionem vel mutationem causatam in corporibus: calefa-
cit enim corpora ꝛ aperit poros ꝛ superfluitates: ꝛ inde
dissoluit in sudores ꝛ transpirationem insensibiles. Ita
etiam operatur medicina. ex commotione enim quaȝ in-
ducit mouet humores ꝛ eliquat: quos tamen ipsis stimu-
Exercitiũ exterius. lantibus expellit natura. ❡ Nota ꝙ exercitium exterius
factum potest dici illud cuius moueri est ab aliquo prin-
cipio extrinseco: vt est equitare: curru portari: funibus
Exercitiũ interius. trahi: ꝛ huiusmodi ꝛc̃. Exercitium vero interius est illud cu
ius moueri est ab ipso exercitante: sicut currere saltare ꝛc̃.
Et de huiusmodi duplici exercitio vel motu dicit Gale-
nus in secundo de regimine sanitatis. Motus qui non
sunt actiones: alij ex seipsis animalibus innascuntur: alij
exterius adueniunt vt in nauigationibus equitationibus
ꝛ appensionibus que fiunt funibus ꝛ manuum viniis: ꝛ fri
cationes ab exterioribus motibus sunt. alij vero motus a
pharmacijs venire coguntur. ❡ Notandum est gratia
eorum que tanguntur in hoc problemate: ꝙ ingredien-
tium corpus nostrum ꝛ ipsum vincentium quedam debi
liter hoc faciunt: ita ꝙ non ledunt lesione multum nota
nisi sumantᷣ in multa quantitate: sicut sunt medicine com
pressiue lubrificatiue ꝛ lenitiue. Quedam autem fortiter
immutant ipsum ꝛ vincunt: ꝛ hec aut operantur a forma
specie: aut a qualitate. si quidem a forma speciei: quedam
eorum sunt statim corrumpentia: sicut napellus. quedam
vero non statim: ꝛ istorum quedam sunt que non multum
exagitant: nisi sint corrupta: vt agaricum: ꝛ aloes. quedam
autem maxime vt euforbiuȝ ꝛ mezereon. quedaȝ vero me-
dio modo: vt pulpa colloquintide. Que autem qualitate
operantur quedam corrumpunt propter caliditatẽ ꝛ cor-
rosionem nimiam: vt arsenicum sublimatum: es vstum ꝛ
huiusmodi. quedam propter frigiditatem: vt venena fri-
gida: ipsa enim qualitate operantur ꝛ non forma rei. Un-
de Galenus tertio de sim. me. dicit omne venenuȝ esse ve
nenum ratione frigiditatis: ꝛ ex suo genere. hec verba ve-
cunqȝ tanguntur ab Auicẽna sexto quarti.

❡ Problema. XLVIII. Antiqua.

Propter quid bene odorabilia quideȝ
diuretica sunt ꝛ semina ꝛ plãte? Aut
qr calida ꝛ bene digestibilia. huiusmo
di autẽ diuretica: velociter eniȝ subti-
liat adiuuans caliditas: ꝛ odor non corporeus:
quia ꝛ odorabilia vt allia propter caliditatem
diuretica: magis quidẽ liquefactiua: calida vero
bene odorabilia semina. Noua.

❡ Cur odorata genera tam seminum ꝙ plan-
tarum mouere vrinam possint? An quia cali-
da concoctuqȝ facilia sunt: quo in genere ea col
locamus que citant vrinam: horum enim vis
insita calefaciendi breui extenuat: odor quoqȝ
nullam corpulentiam gerit. Nam ꝛ ea que odo
rem plenissime reddunt velut allia: caliditate
sua mouent vrinam: vel potius vim obtinent
tabefaciendi: semina odorata vero calida esse
certum est.

Quia Arist. disperat in 40° problemate ꝙ quedã soluunt per ventrem: sicut pharma-
cie: de quibus iam patet: ꝛ quedam per vomituȝ. nunc ma
nifestat soluentia per vesicã: ꝛ dicit: quare est ꝙ bene odo
rabilia bonum scilicet odorem habẽtia sunt diuretica id
est prouocatiua vrine. Dicit autem bene: quia si haberent
malum odorem: vt fetidum iam natura abhorrens ea sta-
tim expelleret a se: fierent enim vt dictum est talia phar-
maca: huiusmodi autem sunt sicut semina: vt anisi fenicu
li petrosillini ꝛc̃. ꝛ plante: sicut apium senationes: genestra
ꝛ huiusmodi. ❡ Deinde [Aut quia.] Soluit. ꝛ dicit primo
causam esse: quoniam ꝛ semina ꝛ plante odorifere sunt ca
lida ꝛ bene digestibilia: talia autem habẽt prouocare vri-
nam: natura enim propter odorem in quo delectatur diu
Dubium. ea retinet: igitur talia habent prouocare vrinam. ❡ Dubi
tatur de eo quod philosophus dicit: ꝙ huiusmodi sunt be
ne digestibilia: cum dictum sit in quadragesimo proble-
mate. prouocatiua vrine eẽ humida aquosa: ꝛ que sunt ta-
Rñsio. lia sunt medicinalia: ꝛ hec sunt indigestibilia. ❡ Dicen-
dum est ꝙ aliquid potest dici digestibile dupliciter. aut
quia prestet ad digestionem iuuamentum: etiam si ipsum
ſm substantiam suam non sit natum bene digeri: ꝛ talia
sunt diuretica. habent enim caliditatem qua mediãte alia
digerũtur: ꝛ ad hoc facit quod dicit Auicẽna secundo can.
raffanus digerit ꝛ non digeritur: aut potest dici aliquid di
gestibile: eo ꝙ ipsum de sui substantia sit aptum natum
digeri: ꝛ sic diuretica: sicut arguit ratio non sunt digestibi-
lia. ❡ Deinde [Uelociter enim.] Declarat secundo dicẽs
ꝙ caliditas acuta ꝛ odor subtilis spiritualis est vehemen-
ter in hoc adiuuans: eliquatur enim superfluitas subtilis:
ꝛ penetrare cogitur ad vias vrine: ꝛ hoc ostenditur. per al-
lia etenim videmus ꝙ cum sint calida subtilia esse lique-
factiua humiditatum subtilium ꝛ vrine inde prouocati-
ua: sed odorabilia bene semina sunt calida liquefactiua:
ergo ꝛc̃. ❡ Nota ꝙ non omnia odorabilia bene sunt diu-
retica: sed solum illa que cum hoc habent substantiam
subtilem coniunctam caliditati ꝛ acuitati: ꝛ cum hoc ha-
bent humiditatem aquosam indigestam: ꝛ ideo rose san-
dali ꝛ talia quãuis sint bene odorabilia: quia tamen sunt
frigida ꝛ substantie grosse ꝛ non aquosa: non sunt diure-
tica: propter quod cum semina communia frigida defi-
ciant vtplurimum in predictis conditionibus: non sunt
adeo diuretica sicut calida antedicta: magis enim viden-
tur hec prouocare leniendo ꝛ quandam humiditatem lu-
bricam prestando propter humiditatem plurimam qua
abundant: qua quidem illud subtile humiditatum cui ob-
uiant reddunt fluxibile in vesicam. Et fortassis etiam in
his inest aliqua caliditas sopita cum acuitate modica: ꝛ
quia plus huius est in eorum corticibus: ideo data cuȝ eis
Dubium. amplius prouocãt ꝛc̃. ❡ Dubitatur de eo quod dicit Ari-
sto. odor non corporeus: cum odor sit fumalis euapora-
tio sicut dicitur in de sensu ꝛ sensato: ꝛ tale sit quid corpo-
Rñsio. reum. ❡ Dicendum ꝙ huius predicatio non est essentia-
lis: sed causalis potius: est enim ipsius sensus talis: id est
odor causatur ex fumali euaporatione. ❡ Uel dicenduȝ
est ꝙ non intelligit Aristoteles ꝙ ista fumalis euapora-
tio vel vaporalis fumatio in qua est odor non sit corpus:
sed est quid spirituale subtile per relationem ad grossa
Aduerte no de odore ſm Ari. ꝛ Plato. corpulenta. Dicendum est etiam ꝛ melius: ꝙ illa noti-
ficatio odoris non est ſm opinionem Aristote. sed potius
platonicorum: ꝛ ipsam subsequenter improbat Aristote.

in eodem libro: propter quod mirandū ꝙ plurimi hanc sumunt notificationem odoris ac si esset s'm mentē Aristotelis: cum tamen ipse eam impugnet. Et hoc problema reperies in decimatertia particula. decimo problemate: ⁊ similiter in vigesima. 16. problemate.

Problema. XLIX. Antiqua.


PRopter qd aūt ad nō pura qdē ⁊ praua vlcerum siccis ⁊ acutis ⁊ stipticis oportet vti medicinis: ad pura autē ⁊ que curantur humidis ⁊ acutis? Aut quia a nō puris quidē opꝫ auferre aliquid. hec autē est humiditas extranea quā oportet auferre: mortificatiua aūt ⁊ acuta stiptica talia sunt: ⁊ siccum magis humido. pura autē cicatrizatione indigent solum. Noua.

Cur impuris tetrisqꝫ vlceribus siccis acribus acerbisqꝫ medicamentis vtendum est: puris vero ⁊ sanescentibus humida tm̄ imponuntur. An ꝙ impuris detrahendum aliquid est: quod non nisi humor est alienus: qui adimi debet. Genus autem medicamenti quod mordax acre acerbumqꝫ est: id efficere potest: ⁊ siccum magis q̄ȝ humidum. At que pura sunt: cicatricem tm̄ desiderant.

Reuertitur Aristo. ad ostendēdum quō fiat cura vlcerum per medicinas: postq̄ȝ tetigerat superius curā eorum per cauteriū ⁊ per exiccantia ēt ⁊c̄. Queritur quare est ꝙ in vlcerib' nō puris: sed putridis marcosis ⁊ a tota sua specie malignis vt sunt cancri vlcerosi fistule ⁊c̄. opꝫ administrari in curationib' eorum sicca ⁊ acuta corrosiua ⁊ stiptica. In his autē que sunt pura nō violenta neqꝫ in se maligna immo sufficienter sunt nata curari oportet administrari humida ⁊ acuta nō corrosiua: sꝫ magis stiptica. Et nota ꝙ per vlcera possibile est itelligere omnem solutionem continuitatis natam: ita ꝙ ⁊ plaga recens dicitur vlcus: ⁊ hoc patet per id qđ dicet. Pura indigere cicatriçatione. Et scias ꝙ medicine sicce administrantur in non puris vlceribus ⁊ corruptis vt exiccetur marcor in eis contentus. Et acute corrosiue: vt exiccent ⁊ mordicent membrum: ita ꝙ stimulent naturam vt corruptū saniosuꝫ expellat: qualia sunt arsenicū viride eris ⁊c̄. Debent autem esse stiptica: vt cōgregent ⁊ cōfortent partes mēbri: neqꝫ hic accipitur stipticū proprie: sed pro tanto potest dici stipticuꝫ: eo ꝙ caliditate ⁊ siccitate humidū est expressum ⁊ consumptum: ⁊ facta substantia spissa dura ⁊c̄. hoc autem ideo dico: quoniam acuta ⁊ stiptica excellentia non stant simul oīno: cum vnum sit calidum valde ⁊ substātie subtilis: aliud frigidum ⁊ substantie grosse potius.


Quid per vlcus.

Dubium. Dubitaret aliquis dicēs ꝙ Arist. precipit in vlceribus administrari humida: cum ostensum sit in 32° pble

Risio. mate. oportere sicca administrare. Dicēdum ꝙ Arist. nō dicit absolute humidis: sed dicit: humidis ⁊ acutis coniunctim. quasi dicat: nō debēt esse ita sicce ⁊ acute medicine in puris vlceribus sicut in nō puris. Uel aliter ꝙ h' accipit humidum prout dicit humiditatem actualem: vt in substātia molli ⁊ liquida sicut vnguēta succi: olea: ⁊ talia: ⁊ nō intendit per humida humiditatē in complexione: qđ non opꝫ facere in vlceribus non puris. In ipsis enim non solum expedit administrari sicca potētia: sed ⁊ actu: cum magis exiccēt ⁊ expurgēt: sicut pulueres ⁊ sublimata ignita. humidum quidem in substātia hec impedit. Deinde [Aut quia.] Soluit. ⁊ diuiditur in duas partes: sicut duplicia sunt vlcera: dicit itaqꝫ primo causam esse quare in nō puris vlceribus administrantur sicca acuta ⁊ stiptica: quoniam ex talibus vlcerum oportet aliquid remouere. Huiusmodi autem est humidum extraneum virulentuꝫ: sed sicca acuta stiptica possunt illud extraneum virulētuꝫ sua abstersione ⁊ mordicatione remouere. quare ⁊c̄. Et bene dictum est ꝙ debent esse sicca: quoniam siccuꝫ melius est expurgatiuum extranei marcoris in vlceribus nō puris contenti q̄ȝ humidum. Humidum enim ⁊ maxime vnctuosum impedit mordicationem ⁊ abstersionem. Deinde [Pura autem.] Secundo h' soluit secundam parteꝫ: ⁊ dicit ꝙ vlcera pura nō virulenta neqꝫ maligna egent cicatriçatione exiccando ⁊ nō mordicando marcorem ⁊c̄. ⁊ ideo egent medicinis calidis ⁊ siccis in substātia humida.

Notandum est ꝙ in curatione vlceris virulenti indigetur medicinis corrosiuis carnis primo: secundo generatiuis: ⁊ tertio cicatriçatiuis. in vlcere autem recenti vt in plaga: si fuerit in ipsa carnis deperditio: indigemus generatiuis carnis ⁊ postea cicatriçatiuis. si vero non fuerit cum deperditione carnis: indigemus tunc consolidatiuis ⁊ vlterius parum cicatriçatiuis. Or ⁊ vt perfectius intelligat': videamus que sit operatio vniuscuiusqꝫ istorū quatuor: ⁊ que sit medicina qua talis completur operatio. Dico igitur ꝙ corrosio vel medicina faciens huiusmodi operationem est: vt accidat resolutio ⁊ mūdificatio eius quod continebatur in membro: ⁊ consequatur ex eius resolutione ⁊ mundificatione vt fiat minoratio etiam in substantia carnis: sicut est flos eris: ⁊ tales medicine sunt multuꝫ calide ⁊ sicce. Carnis generatiua vel medicina carnificatiua est: vt permutetur sanguis occurrens vulneri in carnem: propterea ꝙ eius equatur complexio: ⁊ coaguletur cum exiccatione: vt thus: ⁊ huiusmodi medicine sunt temperate in calore ⁊ frigore: sed sunt sicce in primo gradu. Consolidatio: vel medicina eius est vt exiccetur ⁊ inspissetur humiditas permanens inter duas superficies vlceris propinquas: ita vt vna pars vulneris adhereat alteri propter humidum inuiscatum ⁊ conglutinatum inter illas duas superficies ⁊ permaneat: qualis est sanguis draconis: ⁊ hec medicina est siccior carne generata. Cicatriçare vel sigillare ⁊ eius medicina est vt exiccetur superficies vlceris communiter ita vt accidat cortex conseruans superficieꝫ membri a nocumentis quousqꝫ generetur cutis: que stet loco naturalis: quia naturalis deperdita cum fuerit: eo ꝙ spermatica regenerari non potest: ⁊ iste medicine sunt sicciores duabus iam dictis: sed calidiores quedam sunt earum vt alcolcotar ⁊ cortices eris ⁊c̄. ⁊ alique frigidiores vt balaustie ⁊ litargirum.

Problema. L. Antiqua.


PRopter quid coitus confert ad egritudines que sunt a flegmate? aut quia superfluitas flegmatis est expurgatio ⁊ natura sīm'le flegmati: quare coit' auferēs multū flegmaticū iuuat. Noua.

Cur morbis qui contrahuntur a pituita: libido imodica prosit. An ꝙ semen genitale excrementi cuiusdam detractio est: ideo naturā presefert pituite. Quod igitur multū pituite concubitus detrahit iuuare idcirco potest.

Manifestat iuuamētū coit' i egritudinib' flaticis: ⁊ dicit. Quare est ꝙ coit' pdest egri

tudinibus flegmaticis. Unde Ypp. in libro epidimiarũ. Libido a flegmate egritudinũ proficuũ: ⁊ maxime quando causantur ex dimissione coitus cum sperma tūc retentum corrumpatur. Egritudines que aliquando inde causantur sunt epilepsia: vertigo: tenebrositas oculorum melancholia: ⁊ mania ⁊c. ⁊ maxime quando non euacuatur sperma ꝑ alias regiones: ⁊ de hoc locuti sunt multi medici in sermone de iuuamēto coitus. ¶ Dubitatur quoniaz dicit Arist. coitum cōferre egritudinibus flegmaticis: qđ nō videtur: qm̄ Auer. in scđo colliget. ait de necessitate nutricationis hoc esse: īpossibile est enim cibū ꝯuerti nisi ex eo generent̄ superfluitates flegmatice: ⁊ hoc fortassis voluit Arist. in sexto topicoꝝ dicēs. flegma esse primū indigestoꝝ ꝓueniens ex cibis: qđ tale euacuat egritudinibus nō videtur cōferre cū sit ꝓpriuz corporis nutrimentum. ¶ Dicēdū est ꝙ opz dici duplex esse flegma: est eniz vnū humidū liquidū habēs adhuc substātiā ⁊ colorē cōfusuz: qđ precedit generationē chili in chimū perfectū: vt quando substātia liquida cōtinetur in venis meseraicis anteꝗ̄ adhuc perueniēs ad epar acceperit formā humoꝝ: ⁊ de tali flegmate locutus est Auer. vnde nō appellauit illud simpliciter flegma: sed superfluitatē flegmaticā: ⁊ sic ꝓcedebat instātia. Est ⁊ aliud flegma qđ est vnū de quatuor humoribus ꝑm medicos etiā essentialiter distinctū ab aliis: qđ ꝑm phi. est distinctum ꝓpter indigestionem a sanguine separatuz. vnde in ꝓmo de generatione animalium ait flegma esse superfluum primi vtilis alimenti: scilicet sanguinis distribuit in partes: ⁊ tale flegma vl̄ aliquid ei valde simile cū superabundat: eycitur in coitu: ⁊ ideo egritudinibus cōfert flegmaticis. ¶ Deinde [Aut q2.] Soluit. ⁊ dicit causam esse: quoniā coitus est quedam purgatio vel exitus flegmatis qđ est quedaz superfluitas vel purgatio sup̄fluitatis. Et q2 sperma nō est oīno sup̄fluitas flegmatis: sed etiam alioꝝ humoꝝ corrigit se dicēs ꝙ expurgat̄ qđdā qđ naturaliter est simile flegmati: pro magna nāqz parte videtur sperma fore de natura flegmatis: quoniaz ꝑm Yppo. ꝓncipaliter materia spermatis descēdit a cerebro: sicut etiam dicit̄ decima particula. 58. ꝓblemate: sed cerebrum est flegmaticum. igitur ⁊c. Et ideo concludit ꝙ coitus euacuans multitudinem flegmatis confert egritudinibus flegmaticis. ¶ Notandum est ꝙ coitus confert egritudinibus flegmaticis existēte virtute sufficiēter forti. Unde Auic. vigesima tertij. dicit coitum cōferre egritudinibus flegmaticis omnibus: ⁊ proprie in eo cuius caliditas innata est fortis: similiter etiam si materia egritudinis nō sit parata putrefieri: ⁊ corrumpere alios humores propter motum factum in ea: quia si sic nocet: ⁊ ideo non cōuenit febricitantibus etiam ex flegmate: neqz scabiosis ⁊ leprosis etiam ex ipso. Precipit enim Auicen. septima quarti. ꝙ scabiosus ⁊ leprosus dimittant omnino coitum. mouet enim materiam ad exteriora: ⁊ excitat vaporē putridum venientem ad superficiem cutis: quare illic putrescit. Cum contrarijs autem duabus aut tribus dispositionibus accidit ꝯferentia egrotanti ex flegmate coitu mensurate vtenti. Et scias ꝙ idem problema scribitur in quarta particula. problemate. 16. ⁊c.

Dubium.

Solutio. Flegma 2ᵉ

Coi⁹ qđ.

[Cui⁹ ??] [??] [??] [??]

¶ Problema. LI. Antiqua.

VTrum nutrimentū offerre incipienti melius aut posterius. aut īcipiēti: qm̄ nō prius debilitato febricitatio instat: aut igitur macrescēdum cōfestim: aut ita standum: assumere cōgruit primū sorbitionibus: humidiora enim ⁊ leuiora bene dissolubiliora: quod fit facile infirmo corpori accipere nutrimentum: nō enim in ventre oportet pati cibos primos diffundi ⁊ calefieri cuz labore corpori hi passi sunt. Noua.

¶ Utrum ergo iter initia mali cibuz afferre melius sit an post. An iter initia: neiaz penitus debilitato febris occurset. Igit̄ vel extenuādus ꝓtinus est: vel ita alendum. Sorbitionib⁹ primū recreandū. He nāqz mitiores: leniores colliquabilioresqz sunt: ⁊ alimentū hinc capere īfirmuz corpus expeditius pōt. Nihil enim cibū in ventriculo resolui perferuereqz ante opz quod non nisi labore cubantis fieri potest.

Dat modū cibationis īfirmoꝝ ⁊ dicit. Est ne magis iuuatiuū dare nutriens statim cuz quis īcipit egrotare aut dare posterius vt postꝗ̄ īceperit iam egrotare ꝑ tres dies. Quidā eniz medici precipiebāt infirmū vsqz ad tertiā diem semper a principio morbi ieiunare ⁊ postea cibare: quos Galenus in libro de inge. sanitatis: acriter pungit: sic igitur ꝑm sententiam Gal. oportet vt plurimū statiz a principio ⁊ bene exhibere. Secundum autem illorum sententiam nō nisi post tres dies. Et quia vtraqz pars questionis cum lite in opus ingrediebatur: ideo Aristo. fortassis habuit modum insolitum proponendi problema dicendo vtrum: aut hoc fuit: quia sermo eius sit ꝑm sententiaz aliorum: ⁊ tunc vtitur hac dictione vtrum. Potest ⁊ aliter ꝓponi manifestatio dubitationis: vt fundetur super duo dicta Yp. in primo re. acu. quoruz vnum est. Ne permittas vna die venas exinaniri. ⁊ sic videtur ꝙ statim a principio sit reficienduz. scđm est ꝙ nō expedit dari quantitatem cibi neqz multam neqz grossaz nisi post septimam diem. dum tamen virtus possit tolerare. Sic igitur questio erit vtrum statim a principio expediat dari nutriens: sicut dictum est in primo precepto: aut posterius: vt post septem dies sicut dictum est in secūdo. Ut autē appareat veritas huius: videamus qualiter Gal. predictam contrarietatem pertractat super secundo precepto. vult enim non esse contrarietatem: quoniam Yp. habens aspectum ad diuersas indicationes sic regimē differenter ordinauit. Ad cuius quidem manifestationem Gale. tale subdit suppositum. ¶ Ponamus hominem cuius forma ⁊ corporis habitudo sit naturaliter sicca: ⁊ superficies corporis extrinseca sit spissa ⁊ solida: vene autez ample: virtus animalis fortis: cuius erat consuetudo comedendi multos cibos: ⁊ accidit sibi egritudo tempore hyemis: ⁊ regio ⁊ locus sit frigidus: ⁊ fuerit delicat⁹ vtens cibis multum nutritiuis: fueritqz ociosus ⁊ os stomachi forte habens. Et alius ponatur homo cuius habitudo corporis sit humida lenis superficies corporis extrinseca rara: vene minute: ⁊ virtus animalis debilis: multuz ex consuetudine comedens: egrotet estatis hora: ⁊ locus ⁊ regio sit calidus: ⁊ fatigauerit corpus suum propter tedia: ⁊ comederit ꝑm contrarium eius quod consueuit cibos paucos ex oleribus ⁊ ex parum nutrientibus: ⁊ os stomachi eius debile. Ponatur nunc ꝙ ambo egrotent vna egritudine vt pleuresi. nonne vides quando ita erit: ꝙ oportet vt primus regatur solum cum potu vsqz ad dies septem: si speras a principio ꝙ egritudo nō transeat septem dies. scđm vero oportet statim a principio nutriri. ⁊ dicit Gal. se experimento inuenisse hoc regimē in vtrisqz iuuatiuum valde: cuius contrarium si quis fecerit: vt primuz scilicet

Medicorū antiꝗ̄ ꝓceptū.

Duo ꝓcepta Yp. ad reficiēda corpa.

Nō pōnes Gal.

statim a principio cibet: alterum autem vsq3 ad septem dies ieiunare faciat: interficiet vtrosq3 simul ante quartā diem: sic itaq3 manifestus est modus dubitationis cū eius motiuo. ¶ Deinde [Aut incipienti.] Soluit. ⁊ pmo pmit tit quoddam dicens q́ se. cōtingit icipienti quomodo cor pore. s. debilitato prius: id est habēte virtutem imbecillem ante egritudinem: aut sup. egritudo accidit corpori non de bilitato: sed habēti fortem virtutem ante egritudinem: sic igitur innuit talē distinctionē: q́ egritudo aut accidit habē ti fortem virtutē qualis erat pmus ifirmoꝝ recitatorum a Gal. aut debilem habenti sicut secundus. ¶ Deinde [Aut igitur.] Hoc premisso hic scdo prosequit di. q́ vel statim est demacrescendum a pncipio egritudinis iducendo ieiu nium: ⁊ hoc in illo qui habet fortem virtutem: sicut dicit a Gal. etiam in pma particula afo. aut op3 stare a principio egritudinis sicut prius cōsueuerat. s. reficiendo ɔtinue si cut fiebat in sanitate: ⁊ hoc quo ad illum qui h3 debilem virtutē: s3 tamē l3 non fiat mutatio in hora cibationis: fiat tamē in cibis: q2 nunc tēpore egritudinis debet vti pmum subtilioribus cibis: vtpura sorbitiunculis ex prisana q̄ fa ceret tēpore sanitatis: ⁊ sit modus cibationis talis: q́ pmo detur dieta abundanter: l3 sit subtilis rōne diete tempore sanitatis: postea paulatim ⁊ ordinate semper subtilietur: quousq3 perueniatur ad statum: ⁊ nō fiat econuerso: sicut quidam male dictātes peccant: quos acriter mordet Aui. prima quarti. sint quoq3 h9 sorbitiones ex ordeo ⁊ farina eius: ꝓpter illud qd̄ dictū est de bonitate eius in. 36. ꝓble mate: tales enim sunt humidiores resistētes cōsumptioni febrili ⁊ siti: ⁊ leniores cito pertransseuntes. tales etiam sunt bene digestibiles ⁊ per mēbra distribuibiles: propter qd̄ ex h9 velociter pōt corpus infirmi recipere nutrimētum

Instātia. cum alijs etiam bonitatibus declaratis prius. ¶ Et siquis instet per Hip. dicentē. Nō pura corpora quātūcunq3 nu trices magis ledes: cū igitur h9 sint impura non debēt nu

Solutio. Duplex nutrimē. triri. ¶ Dicēdum medicos distinxisse duplicē nutritionē: vnam ad robur virtutis ⁊ augmētum que debetur sanis: ⁊ aliam ad sustentationē ipsius solū ⁊ nō augere: ⁊ talis de betur egris. ifirmis enim nō op3 virtutē augmentare: s3 si cut inuenit custodire sicut dicit Gal. in pma particula afo. ⁊ de hac nutritione est hic sermo Aristo. ⁊ nō de pma que sanis debet corporib9. ¶ Deinde [Non enim.] Cōfirmat tertio dictū suū. bene dico q́ o3 stare ⁊ nō dictare: vt erat assuetū prius: nō enim op3 q́ medicus patiat pmos cibos qui fuerūt assumpti anteq̄ inciperet egrotare per spatium paruū prius dissolui ⁊ calefieri in ventre nūc tēpore egri tudinis: ita q́ inflāmatis ⁊ exiccatis cōstringatur venter ⁊ cōuertātur in cholerā ꝓpter inflāmationē augmētātem māiam egritudinis ⁊ ipsam egritudinem: ⁊ maxime si ta les passi sint ꝓpter laborem colliquatiuū exiccantem: sicut recitat Gal. 10. de ige. sa. de quodā iuuene contra illos qui precipiebāt ieiuniū triduanū: imo pus vētrē clisteri mol li aut alio molliēdum: vt docet pmo re. acu. Et forte aliqs dicēs Aris. in hac tertia parte preuenire dubitationē quia dixerat ita stādum: crederet aliqs q́ olno eēt stādū cibādo sicut erat cōsuetū in sanitate. Et ideo subdit hic ad remo tionē erroris: q́ l3 cōtinue debeat refici: nō tñ cibis q af sumebant prius tpe sanitatis. nō enim debet medicus su stinere tales distendi ⁊ calefieri in eius ventre: ⁊ hoc quia tales cibi passi sunt ⁊ debiliter digesti a corpore cū fatiga ipsius ꝓpter eius debilitatē: cibi nāq3 si debēt nutrire op3 a corpore fortiter pati: ita q́ a suo esse expolient perfecte: vel tales patiuntur ꝓpter laborem quo calefacti coincidūt cum cibis in calore: ita vt in distemperantiā icitentur am pliorem. primum tamen magis laudo cum minus littera torqueatur: ⁊ sit sententia plenior.

¶ Problema. LII. Antiqua.

PRopter qd op3 iuueri que circa vrinā signa accipiētes vrinā: si vtiq3 iam di gesta est q̄ magis ⁊ cōtinue vel paula tim mingētia. Aut q2 signū quidē est digestam esse si fuerit russa: hoc aūt fit magis si pauca accipiat: aut q2 speculum fit omne magis humidū coloris paucū q̄ multum existens. In multo enim humido figure inspiciunt: in pau co aūt colores. vt in rore ⁊ guttis ⁊ i lachrymā tibus in palpebris. ⁊ cōtinue quidē igit diuul sum fit plus: diuulsa autem recipit magis: quare quāuis fuerit ipsa talis vtiq3 propter digestio nem: ⁊ videtur magis repercussiōe facta in spe culo ꝓpter diuisionem. Noua.

¶ Cur intuendum vrinam an concocta sit nec ne: profluuio intercepto mingendi potius q̄ per petuo. An q́ signū concoctionis vrina exhibet russa: quod quidem melius intercepto proflu uio deprehenditur. Genus enim quodq3 humo ris suum colorē plenius ostendit: cum exiguus est: q̄ cum multum est: nam in multo figure: in exiguo colores conspectiores sensui obuiant. Quod etiam in rore sanguine lachrymaq3 pal pebris adherente patescet. Vrina igitur si con tinue dimittatur: copiosior redundabit si inter cipiatur: index sui coloris certior erit. Et si iam ex concoctione colorem traxit eiusmodi: talis profecto apparere etiam amplius potest: cum lumen se refringat: ⁊ tanq̄ speculum fiat ꝓpter intermissionem profluuij.

PONIT vnū ꝓblema de inspectione signoꝝ vrine. Et querit tangēs motiuū suū. Quare est q́ opor tet medicos ispicere signa que representant p vrinā: ⁊ hoc colligendo vrinā in vase aliquo vt vitro vel crystallo ad modū vesice formato. ¶ Deide [Si vtiq3.] Arguit in cō trariū vt quasi dicat. nō videt q́ debeat ispici: q2 ipsa iam est q̄ maxime digesta ⁊ alterata per caliditatem corporis: similiter etiā ipsius est mingētia: id est minctura. vel alia de numero horum sunt mingētia ipsam ɔtinue: id est statim post nutriēs assumptū vel paulatim hoc est lōgo tpe post digestionē iam factā: ita q́ longo tpe steterit in vesica ⁊c. Sic itaq3 cū sit trāsmutata vrina. aut a natura non adhuc perfecta: nō videt q́ signa circa ipsam sint cōsideranda. Pōt ⁊ aliter exponi vt q́ legat totum cōtinue ⁊ dicatur. Quare medici respiciunt signa circa vrinā colligēdo eam siue ipsa sit q̄ multum ⁊ bene digesta: siue mingatur conti nue: id est in multa quātitate: siue paulatim: hoc est in par ua quātitate: hoc autem sic dicitur: quoniam statim osten det q́ paucū ⁊ multū in vrina indicat diuersitatē circa co lorē ipsius ⁊ figuram: prima tamē expositio subtilior exi stit. ¶ Que nāq3 sunt illa signa diceret aliquis: que circa

Vrina qd sit. vrinam ispiciuntur: ⁊ qd est vrina. Dico q́ vrina sm Isaac in libro vrinarum est colamentum sanguinis: ⁊ aliorum humorum de actionibus nature natum. Theophilus aūt inquit q́ erat simpliciter sanguinis colamentum: ⁊ hoc est dicere: q́ est humidum quoddam excolatum: per cuius

Signa vri ne quot.

sequestrationem a sanguine virtute nature discretiue separantis purū ab ipuro sanguis remanet depurat⁹. Signa aūt vrine sunt quattuor.s.liquor vel substātia:color: quātitas:⁊ qđ preter hoc in ipsa cōtinet:qđ a medicis cōtentuȝ appellat. Suba aūt ipsius est qđdā qđ visui obycit diuersificatuȝ tenuitate ⁊ spissitudine ⁊ mā:⁊ sic triplex est vrine suba. Color gdē est illud qđ p se in ipsa offert visui:qui gdē colores sunt.19.vel.20.sicut cōiter ponit: eo q niger pōt causari a mortificatione: ⁊ adustione.s.niger.liuidus alb⁹:lacteus:caropos:glaucus:subpallidus:pallidus:subcitrinus:citrinus:subruffus:ruffus:subrubeus:rubeus: subrubicundus:rubicundus:inopos:kianos:viridis: ⁊ niger.

Colores vrine quot

Quātitas vo ipsius nota est:que diuidit in paucā multā ⁊ mediocrē. Cōtēta vo sunt oīa alia pter hec tria in vrina apparētia:⁊ sunt.19.sicut cōiter dicūt moderni:q̄ his versib⁹ ɔtinent. Circulus ampulla:granū nubecula spuma. Pus pinguedo pilus sanguis harena chim⁹. Furfura crinoides squame ptes attomose. Sperma cinis sedimen: spūs alta petēs. Aliqua tn̄ istoȝ nō fuerūt tacta a prioribus hui⁹ artis istitutorib⁹. Et scias q signāter dicit Phs oportere intueri circa vrinā signa ⁊ nō vrinā:qm̄ poterat dubiū isurgere cū vrina put est quedā suba ⁊ vle cadat sub itellectu ⁊ nō sub sensu pmo. ipm eniȝ vle est obiectū itellectus:vt dicit scđo de aīa. quo gdē mō vrina nō est de cōsideratione medici:sed phi. Sed put est quedā suba corporea delatrix accidētiū ⁊ significationū in ea.s.apparētiū: efficit p viam signi de cōsideratione medici. Unde ⁊ illud qđ medicus in vrina subam vocat:est accidēs magis. sic igit bene dicit signa circa vrinā:⁊ nō vrinam simplr. ¶ Deinde [Aut qr.] Soluit.⁊ diuidit i partes duas. pmo nāqȝ videt soluere ad pncipalē qōneȝ. scđo reddit cām cuiusdā dicti in solutione. ibi scđa [Qr speculuȝ.] ⁊ dicit q ideo medici inspiciūt signa in vrina:eo q p ea que in ipsa cōprehēdūtur:reddit notificatiua dispōnuȝ corporis: vt si fuerit ruffa signū est q in se sit digesta: ⁊ significat digestionem in alio ⁊ q ipsa appareat ruffa:⁊ sic digesta magis accidit:si fuerit accepta ⁊ ispecta ipsa existēte in modica quātitate: nō tn̄ sit ita modice quātitatis q adherēs vasi obtundat color eius. Et nota q elegāter dicit Phs si fuerit ruffa signū esse digestionis: talis enim color vrine est in corpore mēsurato:⁊ regimine regione:⁊ etate ⁊ alys ɔueniētib⁹.s. mēsurate:significat ergo tēperamentū qđ digestionē causat tēperatā. Unde Gal.p de crisi. dicit q vrina tēperata debet esse mediocris in suba:⁊ sit declinās ad citrinū tinctum vel ad rubeū clarū:⁊ hic quideȝ color nō est alius q̄ ruffus:nā ipse vt iam dictū est existit iter citrinū ⁊ rubeū. Auicēna vo qr fortassis eius regio nō tm̄ attestabat tēperamēto in caliditate sicut regio Gal. nō posuit vrinā denotantē tēperamētū ita intēsam in colore:vt Gal. dicit enim in scđa primi q debet esse mediocris substātie ⁊ subtilis tincture ad citrinū trahētis. Amplius verificat dictū phi per illud qđ dictuȝ est a medicis de significatione coloris vrine: dicunt eniȝ q alter color niger ⁊ viridis significat mortificationē caloris pter frigiditatē nimiaȝ albus. lacteus:karopus:glaucus indigestionē:subpallidus: ⁊ pallidus:subcitrinus:pn̄ digestionis:⁊ nō pfectionē eius. subruffus:rubeus:subrubicūdus:rubicūdus:significāt superexcedētē caliditatē in digestiōe. Inopos:kianos adustionem ipsius:viridis:⁊ niger:adustionē: ⁊ mortificationem caloris:sed citrinus:subruffus:ruffus:digestionē perfectā temperatā. Sic igit est bene dictū a phō q ruffum eē sit signū digestionis. ¶ Deide [Aut qr.] Reddit cām cuiusdaȝ dicti in solutiōe:⁊ est:quare vrina apparet magis ruffa ⁊ ita digesta inspecta in pauca quātitate q̄ in multa: ⁊ dicit cām esse:qm̄ omne humidū qđ est modice quantitatis:vt patet 3° metheo. magis est vt sit speculuȝ:id est spectabile:⁊ illud in quo representat color q̄ si humidum illud fuerit multe quātitatis. ⁊ hoc declarat:qm̄ in humido multo figure ispiciuntur pter diuersitatē partiū illi⁹ humidi representate:que obtenebrāt ⁊ impediūt colorē perceptū:sed in pauco humido percipiunt colores:color eniȝ magis iuisceraf corpori vrine q̄ figura. Quare Auic. scđa primi assignat differētiā inter substātiā ⁊ colorem dicēs: colorē per totā substātiā humoris pcedere cū maiori permixtione:⁊ hoc manifestat Arist. dicēs apparere in rore ⁊ guttis paruis stillantib⁹:⁊ in palpebris cum lachrymauerint oculi:in his enim cōtingit inuenire colorē habentibus modicā quātitatē ⁊ nō inueniri figuras. Quid autē sit color notū satis existit. Sed fortassis dubitabit quid sit figura:quā gdem dico esse qđdā vestigiū apparēs in vrina ⁊ in alys liquidis:sicut est videre in aquis grossis nō motis:⁊ hoc pter partiū grossitieȝ:⁊ etherogeneitatem:que quidē partes sic diuersimode sunt site ⁊ colorate: vt ⁊ visus nō possit ipsas cōprehēdere: pp hȝ figuras possumus itelligere substātiā vrine cū cōtentis. ¶ Deide [Cōtinue quidē.] Cōcludit applicās predictā similitudinem de rore ⁊c. ad ppositū ⁊ dicēs q si aliqđ corpus cōtinuū dimissum fuerit p se:⁊ nō diuisuȝ est:vt plus qr in maiori quātitate:vel vt plus qr plura recipit. scilicet figuram ⁊ colorem:in quātitate aūt grandi nō solum est figura:sed color cum hoc:lȝ obtundat a figura:sed si hui⁹ res vel quātitas sequestrata fuerit:est magis receptiua.s.coloris. sed qr alij libri habēt diuisum aly diuulsum:ideo sic legatur:ita igitur aliqđ corpus cōtinue vel cōtinuuȝ:vt.i.postq̄ diuisum ⁊ separatū est in partes:vel diuulsuȝ qđ idē est. plus: id est maiori quātitate discreta. ¶ Deide [Quare q̄uis.] Cōcludit itentū dicens quapropter:lȝ vrina fuerit talis.s. ruffa pter bonā digestionem:videtur tamē magis ruffa pter sequestrationeȝ ipsius in partes paruas:cum enim fuerit modica quantitate:causat repercussio velut a quodam speculo reuerberatio vel in speculo facta:id est inspectione ipsius solum:ita q parua illius quantitate apparet color ⁊ nō forme. Et quia huiusmodi problematis textualis nō modica est caligo diligens superueniens cōsideret intellectus. ¶ Notandum est q gratia huius quod tangitur de apparentia colorum ⁊ figurarum:q Auicē. dicit secunda primi. vrina quāto nobis fuerit magis propinqua: tanto videtur esse magis spissa:⁊ turbida:⁊ quanto fuerit a nobis magis elongata:magis apparet nobis clarior. in liquoribus autem alys:vt lisciulo syrupo acetoso ⁊c. est ecōuerso. cuius quidem causa potest esse: quoniam vrina est corpus impurum non simplex propter superfluitates hypostaticas in ipsa commixtas. nunc autem cum nobis extiterit propinqua: visus nostri non poterunt eam pertransire propter partium etherogeneitatem:⁊ colores alios fuscos a colore vrine extraneos. quare apparebit turbida: ⁊ sm Auicen. hec est causa turbulentie in vrina. Cum auteȝ elongata fuerit:quia visus non potest propter distantiam predicta in ea discernere:apparebit clara:sȝ in alys liquoribus cum sint ea pauciores ⁊ simpliciores visus valet p totam eorum substantiam pertransire: neqȝ est aliquid quod repercussionem velut a speculo factam impediat: quare clari apparebunt. cum autem fuerunt elongati visus distantia non iam possunt sic per ipsos penetrare: neqȝ repercussionē inducere distātes ad tātū. ¶ Dubitabit autem aliquis de eo q dicit vrinam esse ruffam cum ruffus sit quidam color. color autem non potest esse in vrina: quia color est extremitas corporis non perspicui:idest terminati:sicut dicit Philosophus in libro de sensu ⁊ sensato. vrine vo est quid perspicuum: quare ⁊c. cuius contra

Rão vrina nō est de cōsideratione medici.

Dicere pñ Auic. in cognoscēdis vrinis.


Cā sit turbulētie in vrina.

Dubium.

rium apparet ex eodem libro: quoniā oīa corpora colore ꝑticipāt qḋ opꝫ si debet fieri visio cū color sit visus obiectū. Dōm est ꝙ color dupl'r accipit. vno modo ꝓprie put est in corpore terminato ꝛ opaco causatus ex elemētorū cōmixtione: ꝛ sic in vrina ꝛ ꝓprie cū fuerit clara transluceus. nō aūt terminata vt lactea ꝛ in qbuslibet diaphanis ꝛ simplicibus ꝛ in corporib⁹ celestibus sic nō inuenitur color. Alio modo pōt accipi color cōiter etiam pro ipso diaphano siue sit in simplicibus siue in cōpositis aut i aliqs: ita ꝙ color dicatur illud omne quo mediante aliqd pōt a virtute visiua ꝑcipi ꝛ sic i vrina ꝛ in huiꝯ diaphanis simplicibus ꝛ compositis color reperitur.

Visio. Color duplicitur di.

¶ Problema. LIII. Antiqua.



Quare nō opꝫ dēsari carnē ad sanitatē: ꝫ rarificare: quēadmodū ciuitas sana ꝛ locus bene euentabilis: ꝓpter qḋ ꝛ mare sanū: ita ꝛ corp⁹ bene exhalabile magis sanū est. opꝫ eniꝫ aut nō existere nullā superfluitatē: aut ab hac qdē velocissime alteret: ꝛ semꝑ sic habere corpus qḋ accipiens confestiꝫ expurget superfluitatē: ꝛ esse in motione ꝛ non quiescere: qḋ enim manet putrefit: quēadmodum aqua que nō mouet: putrefacta aūt egritudinem facit: qḋ aūt expurgatur prius q̄ corrūpatur separatur: hoc aūt cōdensata carne nō fit: oppilant eniꝫ pori: rarefacta aūt accidit: ꝓpter qḋ ꝛ nō opꝫ in sole nudum ambulare: consistit autē caro ꝛ valde desiccatur: ꝛ humidius corpus fit: qḋ iterius quidē est permanet: qḋ autēꝫ est in superficie permutat: sicut ꝛ carnes assate elixatis magis: neqꝫ opꝫ ambulare habentē nuda pectora: ab optime eniꝫ dispositionibus corporis sol aufert que nequaq̄ indigent ablatiōe: sed magis que sunt intus. exinde quidem igitur propter id ꝙ remota sunt nisi cum labore nō est sudorem educere. ab hoc autem quia pre manibus est facile. Noua.

¶ Quā obcām corpus cui sedām cōciliam⁹ valetudinē nō densum: sed rarum reddenduꝫ est: An vt vrbs locusqꝫ quicūqꝫ salubris est: q placide aspirat: q̄propter mare quoqꝫ salubre est: ita ēt corpus qḋ spirātius est: sanitati opportunius cōstat. Aut eniꝫ nullūꝫ recremētūꝫ existet: aut qḋ extiterit q̄primū excernatur danda opera est: corpusqꝫ est semꝑ ita regēdum: vt simul atqꝫ excremētū admisit: habeat qua parte illud excernat: sitqꝫ motui dedituꝫ nō quieti. Quod enim manet putrescet modo aque imote. Putrescens ꝟo morbuꝫ cōmittit. At qḋ excernitur anteq̄ vitiet decedit: hoc igit vt corpore denso nunq̄ cōtigit. Fit enim ꝓpe vt in inuisibilia foramina claudant: sic raro solutoqꝫ accedat necesse est. Quāobrem in sole nudo corpore minime ambulādū est. Spissatur etenim caro ꝛ cōcalescit: corpusqꝫ parte iteriore humidius redditur. Quātuꝫ enim humoris in superficie residet abolet: quātū intestinū est manet intactum: Qua rōne quoqꝫ carnes asse lixis humidiores sunt. Ne pectore quidē nudo ambulanduꝫ est. Ita enim vis solis corporis optime parti condite adimet: que nulla egeat dēptione. Sed inferna potius eam desiderant. Inde igitur vt ꝛ remoto nō nisi cū labore sudor educitur. hinc facile ob loci opportunitatem digeri pōt.

Agit in isto ꝓblemate Arist. de re. sa. ꝛ dicit. Quare est ꝙ nō opꝫ vt caro cōdenset ꝛ induret ad h vt corpus sanuꝫ cōseruet: imo opꝫ vt rarificet ꝛ aperiat. Dixit aūt ad sanitatē: ad driaꝫ eius qḋ est ad robur: ad corpis.n. robur necīa est carnis cōdēsatio: sicut est videre in athletis. Et scias ꝙ ꝑ carnē hic caro itelligit musculosa representās talē aut talē habitudinē: ita ꝙ totū dicat caro vsqꝫ ad ossa. Et scias ꝙ istud ꝓblema repit in 34° ꝓblemate qnte ꝑticule: ꝛ in fine ēt totius libri. Uerū hic nō ꝓponit sub mō dubitatiōis: sed magis sub modo canonis: in qnta ꝟo particula ꝓponit sub modo qōnis dicēdo. ꝓpter qd: ꝛ 34 particula dicēdo quare: Deinde [Quēadmodū.] Soluit vel declarat ꝓmissum: ꝛ primo hoc. scdo infert ex hoc cor^m. ibi scda [Propter qḋ.] Dicit ḡ primo cōparādo corpus ad ciuitatem ꝛ alia: sicut ciuitas tota ꝛ aliqs locus particularis: vt domus est bene sana: eo ꝙ sit bene euētabilis ꝑ totū: ꝛ quia mare est tale ꝓpter hoc qḋ in eo nō sunt tot impedīētia inspirationē cōcluditur ꝙ in se sit sanū: qꝛ nō corrūpitur: vel est sanum effectiue nobis: ꝛ ideo dicūt phī ꝙ circa ipsum habitātes sunt lōge vite. Ita eodem modo est in corpore nostro: si enim fuerit sufficiēter spirabile viuet diutius sanū. ¶ Notandū sicut dicunt medici ꝙ opꝫ ciuitatē vel locū taliter esse dispositū si debet esse sanum: vt sit montiū tegmē a ꝑte occidētis ꝛ meridiei ꝛ discooperta a parte orientis ꝛ septētrionis: vt ꝑfletur a vētis laudabilib⁹ sufficiēter veniētibus ab his duabus partibus. opꝫ etiā vicos eē latos liberos vt aer possit libere vndiqꝫ euētari: tn̄ tpe pestilētie melior est aer qetus euētato: ꝛ cooptus nō cooperto: sicut apparet per Auicē. scda ꝓmi. debet simil'r domus habere fenestras versus partem orientis ꝛ septētrionis: que etiaꝫ nō sit inter domos cōpressa. Attendendum tn̄ ꝙ lꝫ hic sermo vl'iter sit verus: particulariter pōt falsificari: vt ꝓpter dispōnē montiū mariū vel paludum: adeo ꝙ aspectus aeris ad ꝑtē occidentis ꝛ meridiei sanior erit q̄ aspectus ad partem orientis ꝛ septētrionis. ¶ Deinde [Opꝫ eniꝫ.] Addit scdo quō corpus ꝯseruabit sanū ꝛ dicit: ꝙ opꝫ in corpore sano nullā inesse superfluitatē sensibilē: que nō totaliter vincat a nā: aut si aliqua repiat eo ꝙ nō sit vsquequaqꝫ possibile quin superfluitas reperiatur in corpore: sit talis: ꝙ corpus ab ipsa citissime. i. minime alteret: ita vt hꝯ alteratio sit minima: ꝛ i tpe minimo: semꝑ eni opꝫ vt maneat corp⁹ in tali dispōne: vt accepto ꝛ nutrimēto digesto cōfestim expellant superfluitates. h aūt erit si caro fuerit rara spirabilis: ꝓpter qḋ opꝫ ad sanitatē carnē nō cōdensare: sed rarificare magis. ¶ Deinde [Et esse in motione.] Quia dixerat ꝙ opꝫ corp⁹ expellere superfluitates post assumptū nutrimēs: ondit quid hoc operetur dicēs: oportere corpus fore in exercitio sufficiēter ad expulsionē superfluitatū ꝛ nō cōtinue quiescere: ꝑ hoc eniꝫ euacuabunt superfluitates: ꝛ corpus cōseruabitur illesum a putrefactiōe: qꝛ illud qḋ quiescit ſm vnā dispositionem putridū efficitur: sicut apparet in aqua stante: que qdē putrescit

Ad loci sanitatem cōferētia.

Repetit 11. ꝑblema vt addat ꝛ ꝯfirmet eius solonẽ. Et dicit vnde est φ hoies magis sudãt circa faciẽ q̃ circa alias ꝑtes corporis: ꝛ adducit eius motiuum qõnis dicẽs: nõ videt̃ sic eẽ: qm̃ facies est membrũ carne denudatũ: qđ aũt est tale nõ est exuberatiuũ sudoris: sicut declaratũ est in. 15. ꝑblemate. ¶ Deide [Aut qr.] Soluit. ꝛ ꝑmo ostẽdit caput sudare pre ceteris: scđo ex hoc ostendit frontẽ adhuc plus sudare alijs partibꝰ capitis. scđa ibi [Et maxime.] Dicit igit̃ ꝑmo hoc iđ eẽ: qm̃ partes hñtes humiditatẽ intra nõ obturatiuã poroꝝ: ꝛ cũ hoc sint rare cõpositionis: sunt nate bene sudare: cõtinent enim causas sepe declaratas ne c̃ias ad sudorẽ: talis aũt pars est caput: qđ ostendit̃: hz enim multaz humiditatẽ pre alijs partibꝰ corporis sibi soli appropriatã: ꝛ cũ hoc est rarũ vt declaratũ est sepe: quare ꝛc̃. Dicit aũt ꝓpriã humiditatẽ ad differentiã humiditatũ extraneaꝝ que sibi occurrũt a partibꝰ totius corporis: est nãq; caminũ reliqui corporis: aut dicit ꝓpriã ad dr̃iam humiditatis cõis: qualis est hũiditas epatis: illa enim ſm Gal. in theg. tractatu signoꝝ. totũ corpus reddit humidũ nisi cor contraoperet̃. silr̃ cõtraopat̃ epar siccitati cordis. ¶ Deinde [Demõstrãt aũt.] Dic scđo declarat predicta dicẽs φ vene multe ꝛ arterie cõtinẽtes humida ꝛ nerui hũidissimi ex capite ꝓcedẽtes declarant nobis φ cerebrũ sit humidũ: silr̃ ꝛ reumata ex ipso decisa ꝛ pori sensibiles multi ꝛ isensibiles ex ipso ꝓcedẽtes denotant hũiditatẽ eius grãdẽ: nõ eniz tot ordinauit nã in ipso nisi ad expellẽdũ supfluitates multas aquosas que abundabãt in eo. Et φ pori in capite sũt multi terminãtes exterius ꝛ nõ latitãtes iterius tñ: appet ex multitudie grossitie ꝛ lõgitudine capilloꝝ exterius egrediẽtiũ. ¶ Notãdum est φ cũ duplex sit hũiditas cerebri: nãlis. s. ꝛ accidẽtalis: nãlem tetigit cũ dixit: vene tendẽtes: accidẽtalez ṽo cũ dixit ꝛ catarri ꝛc̃. ¶ Deinde [Non igit̃.] Dic tertio cõcludit itentũ ex ꝑdictis dicẽs sudorẽ nõ causari ex ꝑtibus iferioribꝰ in tm̃: sicut a supioribꝰ: cãtur enim ex capite magis ꝑꝑ causas antedictas. ¶ Deinde [Et maxie.] Ostẽdit φ pars q̃dã faciei vt frons sudat pre alijs mẽbris corpis: est aũt frons illud faciei φ sub bregmate. i. sincipite ẽ medium oculoꝝ: sicut dicit Arist. in ꝑmo de hystorijs. ꝛ dicit φ hoies maxime sudãt circa frõtem ꝛ plus q̃ circa alias ꝑtes faciei: eo φ frons ꝑ subest cerebro anteriori: in quo cõtinet̃ multũ de hũido mãli sudoris: cerebrũ enim anterius est hũidius alijs ꝑtibꝰ cerebri: illud aũt qđ est tale hz hũidũ supfluũ multũ: qđ nãliter tẽdit deorsuz cũ sit graue ꝛ corpulẽtũ: nõ eniz fortassis põt trãsire in capillos ꝓpter hũiditatẽ supfluã aquosam: cũ capilli generent̃ ex fumis adustis: ꝑꝑ qđ hꝰ hũidũ mãle sudoris refrãgit̃ a friditate sub cerebro anteriori: vt fronte ꝛ foras in sudorẽ emittit̃. ¶ Notãduz est φ opz ipm cerebrũ hr̃e multa foramina ipsius expurgatiua mãifesta ꝑꝑ debilitatẽ in sua creatiõe: vt est foramẽ qđ est in palato colatoriũ nares oculi aures. ꝛ imanifesta: vt sunt loca iterfectionuz suturaꝝ ꝛ vlr̃ totiꝰ cranei ꝛ cutis exterioris: vt mũdificaret̃ a multis supfluitatibꝰ que ad ipm ascẽdũt ex reliquo corporis: ꝛ in eo generant̃. propterea vt melius ab his expurgaret̃ fuit locus eius sup hec. Unñ Aui. 2ᵒ ꝑmi. si locus ꝓprius cerebri non eẽt altus: res ex tali mõ ꝓueniret quã tolerare nõ posset: neq; eius virtus cũ ipso remaneret essentialiter.

Humiditas cerebri quotuplex sit.

Ubi sit cerebruz hr̃e multa foramina.

¶ Problema. XIX. Antiqua.


Propter quid sudantes si ifrigidantur aut aqua aut vento nauseant. vtruz qr humidum infrigidatum stetit: coadunatum autem non quiescens propter

fluere: aut ⁊ spiritus transiens exterius factus sudor propter infrigidationem: hic intrinsecus infrigidatus prius q̄ egrederetur humidum factus est ⁊ cadens facit nauseam. Noua.

¶ Qua de causa qui sudāt: si vel aqua vel flatu refrigescant nauseant. Utrum qm̄ humor qui ex fluxu continuo nimime quiescere possit: hic refrigescens in pte priore vniuersus constiterit. An q̄ spūs qui foras versus proueniens in sudorem ob frigoris occursuz ↄuertit. Hic intus ante refrigescens q̄ exeat transeat in humorem atq̄ȝ in eā ptem incumbēs nauseā moueat.

Nausea qd ⁊ vñ sit causata.

Quare est q̄ sudantes si īfrigidant aqua frigida aut vēto cadunt in nauseaȝ. ¶ Notandū est q̄ p nauseam ītelligo fastidiū ⁊ abominationē que est motus quidā parās ad vomitū: que ↄtingit aut ex humorib⁹ natantib⁹ vel adherētibus seu imbibitis relaxātibus os stomachi: aut ex reb⁹ vnctuosis fastidiosis exterius occurrētibus: aut ex corrupta digestiōe ciboꝝ. ¶ Deinde[Utruȝ humidū.] Soluit ⁊ diuidit in duas ꝑm duas causas quas assignat: ⁊ dicit hoc esse qm̄ humidum calefactiuuȝ .s. materia sudoris que egrediebat in sudorem quieuit ⁊ nō potuit extrinsecus exire: ꝑpter infrigidationem ꝓhibenteȝ motum: ꝑpter qđ sic infrigidatum coadunat interius: nō quiescens adhuc ibi fluit ꝑpter confluxum quē prius īceperat habere ad exteriora cū mouebat in sudorē: fit autē fluxus eius sup os stomachi remolliēdo ⁊ relaxādo ipsuȝ humiditate tepida pigra faciente cōtrarium operationeȝ melācholie: que qdē pōticitate sua ↄfortādo corrugatiōe os stomachi excitat appetitum. Q̄ aūt humiduȝ relaxatū remaneat super os stomachi ostendit: tēpore nāq̄ȝ sudoris multus fumus eicuat a stomacho ⁊ pulmone petēs cerebrū: cui aȝ frigiduȝ exterius subito occurrit refrangit deorsuȝ ⁊ recurrit ad os stomachi ⁊ pulmonē: ⁊ magis ad os stomachi q̄ ad pulmonē: ꝑpter nām magis defendentem pulmonem ore stomachi: sic itaq̄ȝ merito antedictuȝ humiduȝ infrigidatum cū peruenerit ad os stomachi adhuc tepidum existens fastidiuȝ causat: ⁊ iō videmus medicos volentes aliquē vomere precipientes fastidium primitus induci cū vnctuosis ⁊ aqua tepida: vt inde ore stomachi debilitato leuius vomitus adducat. Et scias q̄ iste sermo magis verificat in repletis ⁊ carnosis qui nō soluȝ patiuntur fastidium: sed per totum corpus sentiunt teporem in membris ⁊ cōfricationē. ¶ Deinde[Aut ⁊ spūs.] Assignat aliam cām sumptā ex causa efficiēti plus: predicta nāq̄ȝ sumebat ex causa mālī: ⁊ dicit hoc iterū ideo cōtingere: q̄ȝ spūs eductiuus sudoris: aut pertrāsiens ad exteriora corporis vapor causaturus sudorem: interius tepidus reddit ⁊ frigidus: ꝑpter frigiditatem exterius occurrentem ab aqua vel vento frigidis anteq̄ȝ extra egrediat cuȝ sudore: imo remanēs interius efficitur quid humidū corpulentū: qđ qdem ponderosum factū refrangit super os stomachi: ⁊ ibidem nauseam inducit: relaxando sua humiditate lubrica pigra villos oris stomachi.

¶ Problema. XX. Antiqua.



Propter quid quādoq̄ȝ ex capite ⁊ pedib⁹ calefactis sudores fiunt maxime: aut quia calefactum trahit ad se humidum: humidum autem non habet vbi cōsumatur ꝑpter id quod sunt hec loca ossea: cadit igit extra. Noua.

¶ Cur in capite pedibusq̄ȝ icalescētib⁹ sudores maxime excitant. An qm̄ humorem ad se membra incalescētia trahunt. humor autē partē qua assumatur nullā hȝ cū ea loca ossibus scateant: itaq̄ȝ vt excidat foras necesse est.

Quare est q̄ quādoq̄ȝ calefacti potissime patiuntur sudores circa caput ⁊ pedes: nō auteȝ sic circa alia mēbra: cū partes existāt frigide aquose ⁊ sicce. ¶ Dicit aūt qñq̄ȝ: eo q̄ hoc nō semꝑ cōtingit: sic dicet in. 28. ⁊ 31. caꝑ. q̄ agonizātes sudant pedes ⁊ nō faciē. Iteȝ aliqui dum sufficienti exercitio mouent sudant faciem ⁊ nō pedes: qdam autē neutrū hoꝝ sudant: sed sudant circa locū vbi materia sudoris amplior cōtinet cū raritate pororū: opȝ etiā q̄ ad h⁹ sermones verificādos corpus sit temperatū vnigeneum per totū: qm̄ sunt aliqui de natura sua sudantes faciem ⁊ nō pedes: alij ecōuerso: qdem autē alias partes corporis ⁊ nō illas. ¶ Deinde[Aut q̄ȝ.] Soluit dicens: id ideo esse quoniā mēbrum calefactuȝ virtute calidi cuius est attrahere cōtrahit humidum ad se: h⁹ autem humidū attractū nō hȝ locum in quē diffundat: sicut habet materia sudoris pectoris ⁊ ventris: vt dictuȝ est in. 15. ꝓblemate: caret autē ideo loco in quo recipiatur: eo q̄ loca capitis ⁊ pedum sunt ossibus magnis ⁊ pluribus se tangentibus cōpaginata: in pede enim paruo vt a focilibus cruris inferius dictis canis sunt. 25. ossa dura ⁊ solida: in toto autē pede magno vt ab ancha inferius sunt. 29. in capite quoq̄ȝ cū omnia cōnumerata fuerint ossa cuȝ dentibus sunt. 55. ¶ Et scias q̄ quidam libri habēt: aut non habent: ⁊ tunc videtur duplex solutio assignari: prior tamen littera que dicit aut cōmunior est ⁊ melior. ¶ Dubitatur hic de eo q̄ dicit mēbra vt pedes ⁊ caput nō habere vbi recipiant humidum sudorale: ⁊ maxima occurrit dubitatio de capite: cum caput magnam cōtineat concauitatem intra se: in qua videtur posse materia sudoris cōtineri: sicut dictum est in. 15. problemate de cōcauitate ventris ⁊ pectoris. ¶ Est dicēdum q̄ lȝ in capite sub craneo sit magna cōcauitas: parum valde relinquitur vacuū quod non repleatur cerebro: sicut etiam pȝ in libris de animalibus: homo inter cetera aīalium habet maius cerebrum: ⁊ magis replens cōcauitatem cranei ⁊c̄. Item natura sapiēs regulat vnāquāq̄ȝ partem ꝑm eius dispōnem: cū cerebrum sit humidissimum membrū ⁊ debilissimū: si humiduȝ ad ipsum confluceret: timendum esset ne egritudines statim suffocatiuas incurreret: vnde natura ipm expurgauit ab humidis superfluis: cuius signuȝ est multitudo meatuuȝ in ipso: ⁊ deinde etiā expurgantibus. ¶ Aut dicenduȝ est q̄ si mā multa sudoris fit in capite non est ꝓprie ipsius: ⁊ expellitur faciliter ꝑpter raritatem poroꝝ eius. Et scias q̄ cause assignate hic sunt probabiles satis ⁊ minus perfecte nunc complent sufficienter per ea que dicta sunt sepe circa sudorē capitis ⁊ dicentur in sudore pedum.

Dubium.

Solutio.

Alia solu.

¶ Problema. XXI. Antiqua.



Propter quid laborantes quādo quieuerint sudant: oportebat enim siquidem labor cā qm̄ laborāt. vtrū q̄ȝ laborantis qdē a spiritu vene īflate poros claudi faciūt pausantib⁹ aūt residēt: quare apertorib⁹ factis poris: facile puenit sudor: aut q̄ȝ laborantibus quidē segregat motus ex cōnaturali humido spiritum: ⁊ ꝑpter caliditateȝ que est a

motu

motu fit humidū sp̄us supficialis: qn̄ aūt cessauerit a laboribus simul ⁊ calitas finit̄: ⁊ ex spiritu densato humiditas fit sudor. Noua.

¶ Quare q̄ laborāt vbi a labore destiterint sudare icipiūt. Nā si labor causa est: cū laborant sudare debēt: vtrū q̄ inter laborandū vene spiritu iflate cōprimi foramina cogāt: data vo q̄ete laxe ɔ̄sideant: itaqȝ p ampliora iaȝ facta foramina expeditius humor p̄uadat. An qn̄ cū laborat̄: spiritū ex coherēte humore mot⁹ secernit: ⁊ calore qui a motu excitat̄ humor in spirituȝ p summa corporis extenuat̄: cū vo a labore cessatum est: simul ⁊ calor desinit ⁊ ex sp̄u spissescēte humor qui sudor appellat̄ consistit.

Quare est q̄ laborātes victū manibus q̄rētes: ⁊ vniuersalr oēs se forti exercitio exponētes magi sudāt cū quieuerint ab actu laborioso q̄ qn̄ fuerit in ipso. ¶ Deide [Oportebat.] Subiūgit motiuū suū q̄onis dicēs: imo directe vi ɔ̄riuȝ: magis nāqȝ vi oportere sudare cū sunt in actu laboris: iō q̄ labor actualis est causa sudoris: sicut pȝ. nā cū sumus in actu laboris corpora calefiunt magis ⁊ subtiliant̄: ⁊ diuidit̄ humidū egressuȝ in sudorē. ¶ Notādum vt appareat veritas ⁊ solutio istius motiui Arist. q̄ effectus triplr se hn̄t ad suas causas: quidā. n. sūt semp ɔ̄comitātes causas suas: ita q̄ simul fiūt ⁊ simul corrūpunt̄ cū ipsis: sicut illuminatio se hȝ ad lucidum illuminās: vt pȝ in lumine solis repto in aere. Quidā āt sunt qui simul nō sunt cū suis causis: imo postea manētes icorrupti post oblationē causaꝝ: sicut aial gn̄atū ⁊ artificiatū vt domus. hec. n. p manēt siue cause corrūpant̄ siue supstēt: gdā. n. se habēt medio mō: nō. n. statim sunt p totū qn̄ sūt sue cause: neqȝ statim corrūpunt̄ post corruptionē causarū: velut est q̄litas aliqua impressa in ɔ̄tinēte: vt caliditas manans a corpore calido: ⁊ de his effectibus est sudor: ita q̄ pōt esse cū p̄sentia causaꝝ suaꝝ ⁊ nō minus cuȝ absentia: imaginor. n. ipm gd mediū iter p manētia que nō sunt cū fiūt sȝ postea: ⁊ successiua que sūt cū fiūt ⁊ nō cuȝ facta fuerint. ¶ Deinde [Utrū quia.] Soluit. ⁊ p̄mo assignat cām apparētē. 2° exn̄tē magis. ibi 2ª [aut q̄.] Et dicit iō esse q̄ forti exercitio laborātes vene ⁊ arterie ⁊ vlr ɔ̄cauitates corporis vt pectoris inflant̄ ⁊ tēdunt̄ p̄p retentionē sp̄us: q̄bus inflatio ⁊ tēsis pori tēdētes in exterius obturātur: sicut obturant̄ folles cū aere replent̄: q̄re tūc sudor ipedit̄ exire: quasi in itroitu vacui: vt dolia ostēdūt repleta liquore. Cū aūt laborantes cessauerint ⁊ fuerint quieti: vene ⁊ vlr receptacula p̄us iflate ɔ̄trahunt̄ ⁊ residēt: partes nāqȝ coꝝ appropinquāt adinuicē: p̄pter qd̄ aperiunt̄ pori exterius cōpressione facta interius a residētia: q̄bus aptis sp̄us expulsiuus sudoris cōpressus in ɔ̄cauitatibus egredit̄ exterius: ⁊ tūc sudor defacili supuenit. ¶ Deide [Aut q̄.] Assignat aliā cām dicēs: ideo esse qn̄ in laborātibus sūme: motus causatus interius a motu laboris extrisecī separat sp̄m: q̄ expellit humidū in sudorē ex humido ɔ̄iūcti ipm sp̄m: nō eni sp̄us p̄pter nimiū motū subtiliatus ⁊ laxatus associat̄ humido ducēdo ipm ad exteriora in sudorē: ⁊ h̄ est qd̄ dicit: imo sp̄us p̄p calitatē ⁊ subtilitatē quā acq̄siuit a motu fit humidus relaxatus supficialis liter⁹ ⁊ nō potēs penetrare exterius: humidū. n. adeo subtiliat̄ ⁊ diuidit̄ q̄ sp̄u admiscet̄ motū ei⁹ hebetādo. Cū āt laborātes fuerint sedati a motu laboris: simul tpe ⁊ calitas ex labore causata icipit desinere ⁊ tepescere: p̄pter qd̄ sp̄us qui erat subtiliatus expāsus ɔ̄densat̄ ⁊ ɔ̄uertitur ad nāȝ humiditatis q̄ dr̄ sudor: sic hic accidit sicut videmus in aere eleuari vaporē subtilē: qui est mā vēti: deinde frigiditate idē vapor ɔ̄densat̄ ⁊ efficit̄ mā pluuie ⁊c̄. ¶ Notanduȝ est q̄ si dȝ esse sudor: opȝ sp̄us habere caliditatem mediocrē. si eni fuerit mlrā itēsa: nō fiet sudor: vt hic pȝ. ⁊ in. 27. cap̄ huius. si vo nimis fuerit remissa vt cū ea humidū fit grossum viscosum hebetatiuū: nō pōt similiter fieri sudor: vt patebit in 22° caplo. Et scias q̄ istud p̄blema idem inuenies in 23° ⁊ 24° capitulo.

Habitudo effect⁹ ad causas suas triplex est.

Vñ ɔ̄rigo sudor.

¶ Problema. XXII. Antiqua.

Propter qd semp corpore fluēte ⁊ defluxione facta ex supfluitatib⁹ nō alleuiatur corpus: nisi cessauerit sudare. Aut q̄ minor est expurgatio: qn̄. n. ex humido p mutat̄ in aerē: plus fit ex minori: humidū eni segregatū plus: q̄re multo tpe expurgatio: p̄p hoc āt ⁊ qd̄ p minores poros expulsio est: amplius viscosuȝ ⁊ glutinosuȝ cū humido qdē expellit̄ p̄pter cōmixtionē: cū sp̄u aūt nō potest: maxime aūt hoc est qd̄ ledit: p̄pter qd̄ ⁊ vomitus sudoribus alleuiāt magis: ⁊ q̄ extrahūt hec sicut grossiores ⁊ corpulentiores existētes: ⁊ q̄ a carne qdē lōginquus est locus iste in quo ē viscosum ⁊ glutinosuȝ: q̄re molestū est trāsmutare: vētri aūt p̄pinquus est iste locus: aut eniȝ in ipso fit: aut p̄pe ipsum: p̄pter qd̄ ⁊ difficulter educibile aliter. Noua.

¶ Quare cū corp⁹ assidue fluat: effluxusqȝ ipse de excremētis p̄ueniat corpus leuari non possit nisi sudauerit. An q̄ minus excernit̄ q̄ satis sit. Cū eni ex humore mutat̄ in aerē plus de minori existat necesse est. Humor. n. q̄cūqȝ copiosius cū se discernit redūdat: diutiusqȝ ob eā rem p̄fecto excernit̄. Lenta item glutinosaqȝ excrementa: vt cū humore p̄pter mixtionem excerni possūt ita cū sp̄u nequeūt: que qdē res maxime officere pōt. Hinc etiā vomitus magis q̄ sudores corpora leuāt: qm̄ ea ipsa excremēta educūt vt qui crassiores corpulētioresqȝ sint: vtqȝ cuȝ carni qdē p̄cul is locus sit: qui lentā illam glutinosamqȝ materiā ɔ̄tinet: itaqȝ non sine magno negocio dimouēdi dat̄ facultas. Uētri autem e vicino est. Aut enim in eo ɔ̄sistit: aut p̄pe: quo fit vt difficile queant aliter educi.

Quare est q̄ si corpus ɔ̄tinue defluat ⁊ irroret̄ ab humiditate sudorali ab ipso decisa: dato etiā q̄ hic defluxus humidus sit ex supfluitatib⁹: nō tn̄ corp⁹ alleuiat̄ ide: neqȝ melr⁹ fit ei quousqȝ nō cessauerit ei oīno defluxus ⁊ sudor hui⁹ supfluitatū: sic itaqȝ si corp⁹ dȝ hn̄ bn̄: opȝ supfluitates causantes sudoris defluxū oīno finiri. ¶ Nōndū est q̄ hec emanatio sudoris sic diu p̄durās etiā causat̄ a mā cibali: cui⁹ aquosuȝ statim euacuat̄ facta digōne p̄p debilitatē ɔ̄tētiue ⁊ aptionē poroꝝ: sicut recitauit mihi vnus q̄ passus semel tertianā creticauit p sudorē diu exuberātē: ⁊ ab illa hora in antea dixit se iam. 9. annis

Sudores exuberans vnde ⁊ qd̄ de eo cognitū.

trāſactis omni tēpore ſemꝑ in aurora ſudorē accidere ſibi: ⁊ talis ſudor ex hac cauſa ſepe in ꝯualeſcētibus ꝯtigit: aliqñ cōtingit ex ſupfluitatibus multis viſcoſis frigidis: ſicut multotiēs ꝯtingit in febribus flegmaticis: nō tñ ꝑpter hoc alleuiant̄ patientes. Uñ fortaſſe aliqs diceret primū ſudorē īagi cū dixit. Corpore fluente. 2m aūt cū dixit. Et defluxione ⁊c̄. ℂ Deinde [Aut qz.] Soluit: ⁊ diuidit̄ in duas ptes. pmo dat cauſam quare defluxio iſta diu ꝯtinuat̄. 2o q̄re nō ſit melius corpori ide. 2a ibi [Amplius viſcoſus.] pa in duas ſʒ ꝙ duas cās aſſignat. 2a ibi [Propter hoc aūt.] dicit ḡ ꝙ ꝯtinuatio iſtius defluxus accidit eo ꝙ ipſo facto pluries ⁊ pluries: nō tñ mūdificat̄ corpus ſufficiēter ex ſupfluitatibus defluētibus: ⁊ ꝙ ita ſit oſtēdit dicēs: ꝙ qñ eſt ꝙ ex humido viſcoſo quieſcēte in pfūdo ad eius ꝑmutat̄ ſubtiliatū a calitate in aerē. i. in vaporeʒ humido ſubtiliorem: tūc ex modica quātitate illius humidi viſcoſi cauſat̄ humidū plus ꝙ̄ erat primū. Et h̄ eſt ꝙ approbatione ſubdit: qz humidū ſeparatū ⁊ diuiſum in ptes ſubtiles eſt magis plurificatiuū ꝙ̄ qñ erat ꝯgregatū latitans in pfundo: ita ꝙ eſt ſimile eius qd̄ dī in 2o de gnōne: ex vno pugillo aque fieri. x. aeris ⁊c̄. Et ideo ꝯcludit: quia partium humidū ſemper plurificat̄ lōgo tēpore durante predicta defluxione mundificatiua corporis. ℂ Deinde [Propter hoc.] Ponit aliā cauſaʒ ꝯtinuitatis huiꝰ defluxionis ꝑ modū cuiuſdā correlarij dicēs: ꝙ ꝑpter h̄ etiam accidit h̄: qz expulſio talis humidi viſcoſi facta in defluxione fit ꝑ poros ⁊ meatus ſtrictos: ſunt eñ fere oppilati ꝑꝑ viſcoſitatē mãe. ſʒ ḡ duplex eſt cauſa. vna multiplicatio humidi viſcoſi reſoluti in vaporē: alia ſtrictura pororū. ℂ Notādū eſt ꝙ in 37a particula ponit̄ iſte ſermo totalr vex vbi hec lr̄a hʒ. Propter h̄ aūt. illa hʒ. ꝑpter qd. ita ꝙ illic ex iſto ꝑblemate ſiūt ꝑblemata duo. ℂ Deīde [Amplius.] Aſſignat cauſam q̄re non alleuiat̄ corpus ex tali defluxu oſtēdendo ꝙ opʒ mãm iſtius defluxionis ad aliam regionē ducere: ⁊ pmo dicit ꝙ non poteſt euacuari ꝑ ſudorem dicēs: ꝙ huiꝰ viſcoſuʒ ꝯglutinoſuʒ ſicut colla. vt dī 37a particula. ſi dʒ expelli opʒ ꝙ expellat̄ cū humido quodā ſubtili ꝑpter cōmixtionē quā habēt adinuiceʒ iſta duo humida: ⁊ lʒ cōmiſceat̄ cū humido ſubtili aqueo viſcoſuʒ humidū cōpactū: nō tñ cōmiſcet̄ cū ſpū expulſiuo ſudoris: eo ꝙ iſta corpora nimis diſtātia ſunt inter ſe. humidū nāqʒ tale eſt oīno ꝯ̄rium nāe ſpūs: ⁊ ex h̄ quoqʒ potiſſime fit leſio corpori: cū ſpūs nō poſſit humidū iſtud cōpactū ſuperare vna vice aut duabus ⁊ reſoluere in ſudorē oīno: ita ꝙ corpus remaneat poſtea expurgatū inde. Propter h̄ infert correlariū hic pmo: vt ꝙ opʒ hāc mãm vomitibus expelli. Scd̄o adducit aliā rōnē q̄re oporteat huiꝰ mãm ꝯfluxus vomitibꝰ purgare. 2a ibi [Et qz.] dicit itaqʒ. qñ ſic eſt purgationes facte ꝑ vomitū plus iuuant patientes huiꝰ defluxiones ꝙ̄ ſudores: eo ꝙ purgationes vomitiue euacuāt hoc. ſ. viſcoſuʒ ꝯglutinoſuʒ. ſicut etenī vomitus fortior ē purgatio ꝙ̄ ſudor: ita purgat humores groſſiores. q̄re merito magis iuuant̄ vomitibus ꝙ̄ ſudoribus: imo etiā iter criſes vīles ponit̄ ab Aui. 2a q̄rti. meliorē criſim fore illā que fit ꝑ vomituʒ ꝙ̄ illa que fit ꝑ ſudorē. pma nāqʒ in bonitate eſt illa que fit fluxu ſanguinis narīū. 2a per fluxū ventris. 3a per vomituʒ. 4a per vrinā. 5a ꝑ ſudoreʒ. ⁊ 6a ꝑ exituram. ℂ Deide [Et qz.] Adducit aliā rōnē dicēs: ꝙ locus ille in quo ꝯtinet̄ illud viſcoſum ꝯglutinoſuʒ eſt remotus a ſuperficie exteriori cutanea in qua apparēt ſudores: ⁊ ideo difficile eſt nāe ⁊ arti attrahere illud humidū inde ꝑ ſudorē: cū nā ſemꝑ eligat euacuationes facere ꝑ vias ꝑpinquiores: ſicut pʒ in 2o afo. ſed locus in quo ꝯtinet̄ hꝰ humidū ꝯglobatū eſt ꝑpinquior vētri ſuꝑiori v̄ſus os ſtōchi. ⁊ ꝙ ita ſit declarat: aut. n. ꝯtinet̄ in ipſo: aut eſt ꝑpe ipſuʒ valde ſicut in porta iferiori ventris dicta pilcron vētris: vel in iteſtinis ſuꝑioribus ꝑmis: vt duodeno ⁊ ieiuno: vl circa meſeraicas ſuperiores: quō aūt ⁊ qñ debeat fieri vomitus ⁊ ad quid dictū eſt in pma ꝑticula. 4o cap. ℂ Nōnm eſt ꝙ mã exñs in vētre ſuꝑiori: ḡ dī iproprie ſtōchus aut eſt natās in ipſo ⁊ gargulās: ⁊ talis ē facilis eductiōis. aut eſt ībibita iter tunicā ⁊ tunicam laritās: ⁊ talis eſt difficilis eductionis multa īdigēs preparatione. aut eſt adherēs ſuꝑficiei interiori ventris: ⁊ tunc in eductiōe ſe hʒ mediocriter. Sic itaqʒ expoſitū eſt h̄ ꝑblema: ⁊ per ꝯñs tota 37a particula: in ipſa enim hoc ſolū ꝑblema ꝯtinetur: in duo tñ ꝑblemata partitum. *Nota de mã ei(?) in pte vētris superiore.*

ℂ Problema. XXIII. Antiqua.

Propter qd minus ſudāt in ipſo labore ꝙ̄ remiſſi? Aut qz laborātes qdem faciūt: faciētes aūt laborauerūt: merito igit̄ expellit̄ plus: qñqʒ qdē eñ fit: qñqʒ aūt eſt: aut qz laborātibus qdem ꝯcluduntur carnis pori ꝑpter retentionem ſpūs: quādo autem remittunt̄ aperiuntur: ꝑpter qd̄ ⁊ ſpūʒ continentes minus ſudant. Noua.

ℂ Cur minus iter laborādū ſudamus ꝙ̄ cū relaxati labore quieſcimus? An qm̄ cū facimus laboramus: cuʒ fecimus laborauimus. igit̄ plus tunc rōne excernitur. Alteꝝ enim fieri eſt alterū eſſe. An quia cum laboramus carnis foramina retento ſpiritu obſeruantur. Cum autē relaxauimus aperiuntur: quo fit etiam vt ſpiritu retento minus ſudare poſſimus.

Repetit Ariſt. 12m ꝑblema vt amplꝰ declaret ⁊ memorie cōmēdet. Et dicit. q̄re corpa minus ſudāt in ipſo actu laboris ꝙ̄ qñ fuerīt quieſcētia a labore. ℂ Deide [Aut qz.] Soluit. ⁊ aſſignat duas cās ⁊ dic̄ iō eē qm̄ laborātes labore forti faciūt. i. ꝯgregāt mãʒ ſudoris: ē eñ tūc in fieri: ⁊ ſudor eſt de eis q̄ oīno nō ſūt cū ſiunt. pmo. n. opʒ ꝙ ꝑcedāt mãe diſpōnes. ſ. faciētes. i. pmo colligētes mãs ſudoris. vel facientes. i. ſudātes: nūc actualr laborauerūt ꝑus: vt tpe quo aggregabat̄ mã ſudoris ꝑ laborē: qz igit̄ in iſtis qui laborauerūt qeſcētes nūc ꝑparata ē mã ſudoris ad ſudorē: ꝯdignū eſt vt plus ſudēt ꝙ̄ laborātes in pñti: ⁊ h̄ opʒ: qm̄ mã ſudoris qñqʒ ꝑparat̄ ad ſudorē: qñqʒ ꝑparata eſt: ceu digō mãe ac ipſius oñdūi expulſio. ℂ Deide [Aut qz.] Ponit aliā cām dicēs ꝙ in laborātibus forti labore pori ḡ ſunt in carne exteriori obturant̄ ꝑpter retētionē ſpūs ſicut declaratū fuit in 21o caplo. cū aūt huiꝰ quieuerit a laboribus: tūc ſpūs egredit̄: eo ꝙ pori aperiuntur. Ulterius nota ꝙ propter iſtam cauſam ꝑhibentes ſpirituʒ exire minus ſudant ꝙ̄ relaxantes ipſuʒ ſicut apparuit in 2o capitulo huius particule.

ℂ Problema. XXIIII. Antiqua.

Propter quid quādo currimus nō eſt plus ſudor: ⁊ qñ in motione erit corpus ſed quando quieuerit? Aut quia tunc quidem ſicut a manu aut alio quodam eſt aquaʒ fluētem deoppilare vndiqʒ collectam: quando autem dimittatur plus ꝙ̄ quanta ex principio: ſicut autem a manu ſic ⁊ a ſpiritu eſt aſſumere ſicut in clepſedra ⁊ inte

rim ad vesicam:accipit enim intus. similiter ergo multo motu existente:spiritus intus assumitur:propter quod τ vene distenduntur humido nequeunte exire:assumptu3 autem collectū humidum quando remittitur spiritus coadunatus egreditur. Noua.

¶ Quāobrem non in currendo agitādoq3 corpus sed postea q̄ cessatū est plus sudoris euadat? An riuus quēadmodu3 manu:vel aliquo fluens vndiq3 aq̄ obstrusa se colligit:relaxatq3: demum copiosior profluit q̄ ante:sic etiam imbiberi eadem a spiritu potest:vt in vase cui nomen clepsedra. Atq3 etiam in vesica. Coercetur enim detineturq3 intus humora spiritu:pari igitur ratione cum corpora motu vehemētiori citantur:spiritus intus circūuenitur:coercetur q3. itaq3 vene etiam distenduntur ac intumescunt: cum humor se educere nequeat. Quod cum vniuersus coerceatur:spiritu post relaxato vniuersus erumpat necesse est.

Repetit adhuc qōnē antedictā.ppōnēdo ipsam sub quadā ρticularitate dicēs. Quare est φ qñ currimus aut qñ mouemur aliquo motu forti nō exuberat sudor interim sicut qñ geuerim⁹:tūc.n.magis exuberat. ¶ Deīde[Aut q2.]Soluit.τ diuidit̄ in duas.ṗ pōit q̄sdā silitudines ρ quas relinquit̄ solutio manifesta. 2° eas ad ppositum applicat.2° ibi[Sicut āt.] vel illic[Sic igitur] dicit ṗ φ ex h̄ colligit̄ cā huius qōnis:q2 sicut ρ manū aut ρ aliqd aliud instr̄m est aperire aliquā ɔcauitatem in qua erat aq̄ obstructiōe collecta veniēs ab oībus ptibus ad illā ɔcauitatē:sicut faciūt vicos expurgātes:τ apta demu3 ɔcauitate maior quātitas aque emanat in ei⁹ aptione: q̄ si ɔcauitate apta aq̄ ɔtinue defluxisset ex ea: nō.n.solum plus egredit̄ illa vice cū apit̄ simul in tāto tpe q̄ egrediebat̄ pius in alio tpe in quo nō erat obturata:s3 totalr accipiēdo totā aquā que egressa foret si stetisset aptura illa q̄ nūc simul egredīet̄ tpe apture ē maioris quātitatis egrediēs tpe apture simul:aliqua eni pars aque ρρ motu3 repētinū associat̄ toti aque simul egrediēti:q̄ fuisset relicta sup cenositatē:si paulatine exiite ɔtinue aptura defluxisset. ¶ Deinde[Si aūt.] Incipit adaptare ad ppositū qd tactū est:τ dicit φ eodē mō:sicut manu deoppilando τ remouēdo ρhibēs currit aqua in mlta quātitate:ita est etiā circa spū3:q2 qñ diu retentus fuerit τ demū relaxatus est ipm accipe τ emittere in maiori quātitate q̄ si ɔtinue libere exiuisset. Et addit in declaratiōe:sic.n.spūs ɔtigit vt aque retēte in clepsedra obturatiōe foramis τ ei⁹ aptiōe: vt declaratū est in 2° pblemate huius. ¶ Deinde[Et iterū.] Dic 2° vt mihi videt̄ tangit aliā similitudinē: τ dicit φ sic nā suscipit humidū vrinale τ ducit ipsum paulatine interim ρ poros vritides in vesicā:ita φ colligitur multa eius quātitas in vesica:eo φ musculus colli vesice claudit viā eius nō ρmitēs quicq̄ ex ea exire:cū āt musculus ille apit̄:exuberat vrina in pluri quātitate cōparādo totu3 ad totū:q̄ si vrina paulatine distillaret:sic τ ɔtinue ρ collū vesice sicut paulatine itrauit velut accidit strāguriosis: a qb⁹ ɔtinue effluit vrina:sicut.n.dicebat̄ de aq̄:si ɔtinue distillaret τ paulatine pars aliq̄ in collū vesice τ in virgā ibiberet̄ magis q̄ si simul tota subito egrederet̄:sicut p3 ρ illud qd dī 55° pble¹ᶜ ṗᶜ ρticule: vt φ potantes paulatine τ sepe madefiūt magis q̄ multum subito assumentes. ¶ Deide[Simil̄r igit̄.] Dic ɔcludēdo applicat amplius pdictas similitudines dicēs:igit̄ eodē mō qñ fuerit multus motus causatus a labore in corpe:spūs obturatus ɔtinet̄ interius:sicut aqua obturata:ρ gdē ante h̄ ρ totu3 ordinate diffundebat̄:τ iō ρpter retentionē spūs extēdunt̄ vene τ breuiter oīa receptacula:eo φ humidu3 retinetur nō potēs exire:cū spūs retineat̄ expulsiuus sudoris:cū āt accidit:φ hic spūs coadunatus iterius egrediat̄ semel subito extra assumit secū humidum collectum interius prius τ pparatum ad sudorem τ educit ipsum secum ad superficies exteriores causando sudorem.

¶ Problema. XXV. Antiqua.

Propter qd̄ qñ bibūt minus sudāt super comedētes? Aut q2 cibi attrahūt humiditatē quēadmodū spongia icidēs:est aūt ρhibere motū nō f̄m paruā partē quēadmodū in hiantibus apprehēdere poros inductū nutrimentū. Noua.

¶ Cur si qs cū biberit cibū sumat minus sudet? An qm̄ cibus ingestus humorē attrahit q̄si spōgia. Est.n.non par rei impetū retorsisse:qd vel fluentor ɔstat argumēto. ita.n.cibo quoq3 ingesto meatus apprehēdisse plurimū valet.

Quare est φ qñ aliq bibūt ṗ min⁹ sudāt:q̄ si ṗus comedissent τ postea bibissent:aut ēt si simul comederēt τ biberēt:τ iste gdē modus suppletiōis relinqt̄ ex cōparatiōe min⁹. ¶ Deide[Aut q2.]Soluit ṗ.2° ostēdit soōnē eē rōnabilē.2° ibi[Est āt.]Et dicit iō eē:qm̄ cū qs bibit cibi aduenientes posteri⁹ cadunt sup hⁿ potu:τ q2 sunt sicci spongiosi:imbibūt sibi subtile qd erat in potu illo apto transire in sudorē. Et declarat velut qñ spōgia maris que est sicca rara leuis icidit vel occurrit alicui humido ibibit itra se illud:ita etiam cibi potū ibibūt nō ρmitentes illum ad aliquā partiū labi. ¶ Deinde[Est autē.] Ostēdit hui⁹ cām esse rōnabile3. Et dicit φ motus est vt alicui⁹ humidi cursus τ ipedit̄ nō modicū:imo multum hoc mō si accidat porositates corpis apprehēdere τ retinere humidū liqdū nutrimētale imissu3 i corpus:τ declarat sic accidit in aliqbus hiātibus.i.aperiētib⁹ porositates τ foramina sua:aut in hiātibus.i.aptuetis:sic p3 in aqs currētib⁹:cū.n.iueniūt ɔcauitates aptas retinent̄ in eis ita φ aut oīno cursus aqua͡r tollit̄ aut ipedit̄: τ iō videmus in famelicis τ cōualescētibus ρρ vacuitatē poro͡r ex nutrimēto vētres τ vrinas magis q̄ in alijs:aut alias detineri. Et nota φ ex soōne istius qōnis pōt hri cā cuiusdā dicti cōiter male iudicantiū.qd dī vipā esse frigidā:vinū āt forte calidū:qd nō est ve͡r:imo vinū τ vipa est cal͡m:sed pro tāto vipa sentit̄ frigida:q2 humidū vini sibi ibibitū pluribus partibus adheret stomachi:τ magis saluat̄ frigiditas eius actualis:ρpter qd sua actuali frigiditate τ humiditate magis sentit̄ via in friditate τ humiditate: vinu3 aūt ρ se sumptū absq3 ibibitiōe ei⁹ in pane:nō sic parietibus stōchi applicat̄:imo cito trāsit τ calefit. ¶ Nōndum est φ vt f̄mo Arist. pleni⁹ verificet̄ o3 hⁿ cibos ρ post potū assumunt̄ fore.s.mediocres i suba:nō.n.sint terrestres cōpacti nō recipiētes pfecte in se humidū:neq3 adeo liqde sube:φ humidū potus nō ibibat̄ eis sicut brodiū. Op3 etiā 2° hui⁹ potū nō esse in multa quātitate respectu ciborū:ita φ nō possit plene a cibis absorbi. Et similiter expedit 3° vt satis statim post potū assumantur:ne potus eius subtilitate anteq̄ cibis imbibatur elabatur.

Viperam τ Vinū esse vtroq3 calidū ɔ medicos.

¶ Problema. XXVI. Antiqua.



Ropter qd agonizātes sudāt pedes: faciē aūt nō? Magis eni rōnabile qñ totū corp⁹ sudat: tūc magis ꝛ pedes: fridissimus.n.locus sunt pedes pp̄ hō minime sudāt: ꝛ medici in egris maxie coop̄ire pedes p̄cipiūt: qꝛ facile frigescibiles sūt: q̄re facile principiū rigoris faciūt ꝛ alij corp̄i. Aut qꝛ agonia est calitatis nō trāsmutatio: quēadmodū in timore ex sup̄ioribus locis ad iferiora: pp̄ q̄ð ꝛ vētres solunt̄ timētiū: s3 augmētatio ire: sicut in ira. eteni ira accēsio ē sanguis circa cor. ꝛ agonizans non per timorem ꝛ infrigidationē patitur: sed per mēbrum. Noua.

¶ Cur trepidātes pedib⁹ sudamus nō facie. Rōnabilius.n. tūc pedib⁹ quoq3 sudat̄ cū corp̄e toto sudamus: locus hic eni frigidissimus ē: quāobrē pedes minime solent sudare: ꝛ qdē medici in aduersis valitudinib⁹ pedes potissimū operiēdos p̄cipiūt: qm̄ frigus hi q̄3 facillime sentiunt: itaq3 rigoris initiū reliquo ēt corp̄i expedite cōmittūt. An q̄ trepidatio nō caloris de summis locis ad ima transitio est: vt accidit in metu: exquo alicui etiā metuētiū sepe fūdunt̄: sed eius icremētū potius caloris accedit vt in ira: qppe cum ira feruor cordi suffusi sanguis sit: ꝛ trepidās ipse non metu refrigerationeq3 sit ita affectus: sed membri ipsius affectione.

Ponit Arist. p̄blema in quo p̄tes pugillum penes sudorē adinicē cōparat. Dicit ḡ p̄mo. q̄re est q̄ agonizātes ꝛ se timoroso ꝛ fortissimo exercitio monētes vt pugiles sudāt pedes: nō āt faciē ꝛc. ¶ Deide z⁹ [Magis eni.] Arguit q̄ pedes minime alioꝝ mēbroꝝ debeant sudare: nō āt arguit q̄ facies debeat sudare: qꝛ satis notū est ex p̄cedētib⁹. ꝛ dicit magis eē ꝯsonū rōni q̄ pedes nō p̄ se sudēt: nisi qñ reliquū corpus sudauerit: tūc.n. solū vꝫ eis magis sp̄ale sudare: eo q̄ ipsi sūt fridissimi oīuꝫ p̄tiuꝫ corporis cū multū distēt a corde fonte caloris ꝛc. Itē sanguis ex quo nutriunt̄ est grossissimus ꝛ densissimus sicut dicit Arist. p̄ de somno ꝛ vigilia: q̄ð aūt est tale frigidū existit a quo sudor minime emanat: cū sudor a calitate causet̄ ꝛc. ¶ Deide [Et medici.] Dic z⁹ p̄bat locū peduꝫ esse frigidissimū ex diligētia quā adhibēt medici circa pedes dicēs. q̄ āt ita sit ondit̄ qm̄ medici p̄cipiūt astātibus ifirmoꝝ: vt eis coop̄iāt pedes ꝛ coop̄tos ꝯseruēt iter ceteras corp̄is p̄tes: ꝛ maxie in somno: qm̄ de facili sūt parati ifrigidari: imo intm̄ sunt nati incurrere frigus: q̄ de facili ex eoꝝ fridītate tanq̄ ex p̄ncipio frigiditatis alie partes corporis ifrigidant̄: ꝛ ꝯhūt ex hō synthomata praua: ꝛ maxie eis caput cōpatit̄. ¶ Deide [Aut qꝛ.] Soluit. ꝛ dicit p̄ q̄ exercitatio ꝛ mot⁹ adeo fortis ē agonia: ꝛ mot⁹ qdā caloris iordinat⁹: ꝛ nō expāsio ipsi⁹ p̄portionabilr̄ in oēꝫ p̄tē: imo magis in tali agonia calor distrahit̄ in vnaꝫ p̄tē q̄3 in aliaꝫ: sic nāq3 calori istoꝝ accidit velut in timore accidit: vbi calor inordinate ꝯhit̄ a p̄tib⁹ sup̄ioribus: ꝛ coadunat̄ in p̄fūdo iferioꝝ: ꝛ qꝛ sic inordinate ꝛ subito mouet in iferiora: videmus vētres vehemēter timētiū solui: ꝛ ēt ve

ficas. sic patebit magis in 27ᵃ p̄ticula. ¶ Nō sic dic̄ Arī. p̄ rheto. q̄ agonistica vt⁹ est cōposita ex robore magnitudine ꝛ velocitate: q.n. pōt tibias aliqualr̄ p̄ycere ꝛ moue̅ cito ꝛ lōge cursiuus est: q āt deycere ꝛ retine̅ luctatiuus: q āt oib⁹ his p̄fecte obtētiuus. ¶ Deide [S3 augmētatio.] Declarat dicēs q̄ sicut in ira est augmētatio caloris: ꝛ per ꝯñs iflāmatiōis: qm̄ ira est iflāmatio q̄dā sanguis ꝛ sp̄ūs circa cor: sicut etiā dī in p̄ de aīa. ita q̄ sicut in ira calor de p̄tib⁹ exterioribus ꝛ maxime iferiorib⁹ ꝯcurrit in p̄n⁹ ad cor taliter q̄ cetere p̄tes nō silr̄ remanēt calēe: eodē mō ꝛ in timore calor ꝯgregat̄ circa p̄tes iferiores: ita q̄ fiūt calide: ꝛ p̄tes sup̄iores depauperant̄ calore: ꝛ l3 ita sit in timore: nō tñ agonizās patit̄ penitus p̄pter timorē ꝛ ifrigidationē ꝛ maxime in p̄cessu: l3 in p̄n⁹ sit passio timorosa: sicut dī in 31° p̄blemate: vbi hō repetit̄ p̄blema: si hō nāq3 esset iam pedes nō sudarēt: sed patit̄ p̄ mēbrū vt p̄ pedes qui sunt in vehemēti motu: ꝛ quia sustinent pondus totius: quibus maxime sit fulciri.

¶ Problema. XXVII. Antiqua.



Ropter qd faciē aliq exrubicūdi fiūt: nō sudāt autē? Aut qꝛ magis calefiūt: qꝛ in facie qdē humidū desiccat caliditas sup̄eminēs: q̄ð aūt in pedib⁹ dissoluit propter id quod minus est: plus autem innate ꝛ preexistentis. Noua.

¶ Cur idē facie nō sudāt: sed erubescūt? An qm̄ amplius icalescūt: itaq3 faciē calor assiccat errās p̄ summa: peduꝫ tñ humorē p̄pterea liquefacit: q̄ vt minor est q̄3 vt exiccet: sic maior insito p̄conditoq3 calore nālī est vt sudorē ciere possit.

Quare est q̄ cū aliq aspiciunt̄ circa faciē vehementer rubei neq3 hō est pp̄ egritudinē vt rubeā guttā aut morphēā: nō tñ sudāt cū alicui videret̄: qm̄ rubedo talis causat̄ a calitate a q̄ ꝛ sudor causat̄. ¶ Deinde [Aut qꝛ.] Soluit ꝛ dic̄ cāꝫ eē vehemētē calitatē q̄ qdē faciei sup̄eminēs desiccat humiduꝫ q̄ð erat m̄ā sudoris: ꝛ facit ip̄m isensibilr̄ exhalare: s3 calitas acq̄sita q̄ est in pedib⁹: qꝛ minor ē: eo q̄ calm nāle erat paꝝ ipsoꝝ cū sint fridissimi vt dcm̄ ē 26° p̄blemate. dissoluit ꝛ emittit humiduꝫ in sudores ꝛ nō exiccat ip̄m: q̄ð non accidit in facie pp̄ p̄existētē caliditatē nālē ꝛ sup̄uenientē etiā ex toto corpore.

¶ Problema. XXVIII. Antiqua.



Ropter qd dormiētes sudāt magis q̄3 vigilātes? Aut qꝛ iteri⁹ ē p̄ricipiū sudoris: caliora.n. sūt iteriora: q̄re expellit diffūdēs iterior calitas iterius humidū: qꝛ semp̄ vī defluere aliqd corp̄is: sed qꝛ nō est ad q̄ð cadens voluit̄ latet: signū aūt ꝯcaua corporis semper sudant. Noua.

¶ Cur dormiētes q̄3 vigilātes sudare magis solemus? An q̄ sudoris origo itrisecus est: iterna aūt calidiora habemus: ergo calor intimus humorē diffundēs itimū educit. An humoris aliqd semp̄ a corp̄e effluit. Sed latet: qꝛ nihil solidū ē cui humor occurrēs se colligat. Argumētū cur ita sit q̄ p̄tes cauiores assidue sudant.

Repetit Arist. 17. p̄blema dicēs. Quare ē ꝛc. Unde Aui. z⁹ p̄mi. somnus plus facit sudorē q̄3 vigilia: qm̄

gilia: qm̄ calor inat⁹ in ipso plus agit in humiditates: ⁊ q̄ nocumētū anhelitus in ipso ē magis prauuz: ⁊ illō mouet mā̄z ad interiora. ¶ Deinde [Aut q̄.] Soluit ⁊ dclarat magis solonē suā q̄ꝫ prius. dicit iō cē qm̄ interius est pn̄ᵐ qd̄ causat sudorē. s. aggregatio caloris ⁊ ꝯfortatio sup mā̄z sudoris: ⁊ h̄ est interi⁹: qm̄ interiora sūt lōge calliora in somno q̄ꝫ in vigilia: cū calor in vigilia dispgat̄ p totū corp⁹ ad exercēdas opationes: pp̄ qd̄ calor ⁊ spūs interius coadunat⁹ diffundēs se demū p totū p modū refractiōis expellit humidū coadunatū foras in sudorē: ⁊ lꝫ hō calor ⁊ spūs interius exrīs semp humidū supfluū exteri⁹ expellat: ita q̄ ꝯtinue appeat defluere pp̄ ꝯsumptionē aduenietē corpi: tn̄ q̄ illud qd̄ egredit̄ exteri⁹ nō hꝫ aliqd ad qd̄ icidēs adhereat ⁊ inoluat̄: iō latet nos talis egressio: ꝯm veritatē āt semp aliqd expellit̄: sicut pꝫ magis i hyeme: cū plures repiant̄ sordes in pānis. Et q̄ ita sit ondit̄ p signū: qm̄ ꝯcauitates corpis interiores ꝯtinue sudant: non tn̄ apparet nobis pp̄ occultare: qd̄ pōt ondi p ascellas exrītes q̄si medias inter locū exteriorē ⁊ interiorē: pp̄ nāq̄ꝫ nām quā seruāt partiū
Dubium. interiorꝫ videt̄ q̄si ꝯtinue sudare. ¶ Et pp̄ h̄ tollit̄ istātia quā aliqs adduceret ascellaꝫ circa p̄dicta: vbi dicebat̄ fa-
Solutio. ciē p̄ ceteris mēbris sudare ⁊ pp̄rie frontem. ¶ Dōm q̄ sermo Arist. itelligit̄ de ptibus pure exterioribus manifestis nō tectis q̄les sūt ascelle: aut forte nō est caruꝫ vere
Dubium sudor appellādus. ¶ Dubitat̄ qm̄ videt̄ Arist. sibi ꝯdicere: dicit. n. p̄mo q̄ videt̄ aliqd circa ptes corpis defluere:
Solutio ⁊ postea dicit q̄ nos latet illud. ¶ Dōꝫ q̄ nō ꝯdicit: nō. n. dicit vt simplr̄: sꝫ ex additione. vtputa si sit aliqd extra recipiēs circa qd̄ inoluat̄ illud qd̄ exteri⁹ effluit: qd̄ postea
Alia solo dicit latere cuꝫ hoc hic nō extiterit. ¶ Aut dicendū est q̄ istud refertur intellectui ⁊ non sensui: intellectui nanq̄ꝫ nostro ratiocinādo videtur q̄ effumatio ⁊ sudor semper fit in interioribus sicut patet in stufa.

¶ Problema. XXIX. Antiqua.

PRopter qd in calefactoriis sudāt magis q̄ꝫ qn̄ fuerit frigus? Aut q̄ calidū nō egredit̄ foras p eā que est frigidi: ꝓhibet̄ eni ab hoc: sed itus inoluit̄ ⁊ manet: dissoluitq̄ꝫ que nobis sunt humida ⁊ sudorem facit ex ipsis. Noua.

¶ Cur in caldariis tn̄ magis sudamus cū tēpus fridū est? An qm̄ calor ꝓpter frigoris obsistentiam foris euadere nō potest. Arcet̄ enim. Uerum intus se peruoluens: ac insidens humorēꝫ soluit interiorem: sudoremq̄ꝫ ex eo ꝓducit.

Quare corpa magis sudāt i locis calis vt in ꝯtinente calo siue sit aer exterior cal's sic̄ stufa. vl aliō: q̄ꝫ qn̄ fuerit fridū ꝯtinēs. ¶ Deinde [Aut q̄.] Soluit ⁊ diuidit in duas ꝯm q̄ duo tāgit in q̄one. ⁊ p̄ reddit cām q̄re nō sudāt corpa frido exrīte ꝯtinēte. 2° q̄re sudāt calo exrīte. 2ᵃ ibi [Dissoluitq̄ꝫ.] Et dic̄ corpa ideo nō sudare frido exrīte ꝯtinēte: qm̄ calm̄ inatū nō egredit̄ ad exteriora corporis ꝓpter resistentiā quā inuenit causatā a frigido a quo ⁊ cutis reddit̄ ꝯstipata impenetrabilis: ⁊ ideo ꝓhibet̄ foras exire: ⁊ p ꝯn̄s sudor nō accidit: cū causet̄ ex expulsiōe spūs calidi moti ad exteriora: imo voluat̄ interius ⁊ manet quietus accubatus in humiditatib⁹ viscosis: quas potius insensibilr̄ dissoluit in fumos q̄ꝫ apparēter: sicut dicetur in 33° cap̄. ¶ Deinde [Dissoluitq̄ꝫ.] Assignat causam p̄me ptis q̄onis dicens q̄ cum corpora fuerint in ꝯtinente calido calor exrīs in nobis diffundens se ad exteriora dissoluit humiditates nr̄as ⁊ carminat: ita q̄ ex eis sudor

efficitur virtute calidi innati coadunati a calido cōtinentis. ¶ Notandum est q̄ lꝫ in somno calor ꝯtineatur interius: non tn̄ adeo fortiter sicut in continente frigido: quia parum post somni principium calor fortificatus interius incipit refrangi ad exteriora non inueniens ꝯtinue obstaculum: cum non semp frigidus aer existat: ⁊ quia somnus fit plurimus in loco calido: ꝓpter qd̄ in somno fit sudor: ⁊ non continente frigido nisi per accidens. Propter qd sudor in somno fiat.

¶ Problema. XXX. Antiqua.

PRopter qd vtilior est sudor q̄ꝫuis minor egrediat̄ qui fit nudo currente q̄ꝫ q induto? Aut q̄ laborare quidē non laborare melius est vlr̄: sudor aūt qui est cū labore: eo q est sine labore melior est: qui magis autē cū labore melior qui minus: magis aūt est cū labore q nudo currēte fit. si eni non in multa ꝯtētione laborabit nō pōt sudare nudus exn̄s: in indumēto enim q̄ꝫuis valde moderate laborabit: cito sudat ꝓpter caliditatē que est ab idumēto: ⁊ bene colorati magis fiūt nudi currētes estate eis q in indumētis. Quare quēadmodū omnes in bene euētalibus locis habitantes magis bn̄ colorati sunt eis qui in suffocatis habitāt: sic ⁊ ipse seipso qn̄ hō in bono spiraculo est: tunc magis coloratior est q̄ꝫ qn̄ suffocatus fuerit: ⁊ ꝯtētus ab aliquo estu multo quod magis figit: indumento currenti. Similr̄ autēꝫ ⁊ multo tempore dormientes minus colorati sunt moderato tempore dormientibus: suffocatur enim dormiens. Noua.

¶ Cur sudor vtilior ē q corpe nudo currēti ꝓdierit etiā si minor sit q̄ꝫ q sub veste se prompserit? An q̄ laborasse q̄ꝫ nō laborasse melius esse ꝑpetuū est: ⁊ sudor q̄to quē labor p̄stiterit: eo melior est q sine labore ꝓuenisset: ⁊ q maiori cum labore melior q̄ꝫ qui cū minori: maiori autem cū labore is ē qui nudo corpore currēti ꝓdierit. Nā nisi admodū cursuꝫ intēderit sudare nō poterit q nudus est. Uestitus ꝯtra celeriter sudat: ēt si parꝫ se ꝯcitarit pp̄ vestis teporē. Et q̄to coloratiores reddunt̄ q nudi cursuꝫ estiuo tēpore agitāt q̄ꝫ q cū veste: q̄ vt oēs q loca libera aspiratioraq̄ꝫ icolūt melius colorant̄: q̄ꝫ q ipedita ⁊ silētia tenēt. sic ēt seipse quisq̄ꝫ coloratior est cū velut spūi afflāri placide pꝫ: q̄ꝫ cū ꝑstrictus obductusq̄ꝫ a calore nimio āgit̄. Q̄ō certe his accidit magis qui vestiti ꝑcurrūt. Hinc ēt fit vt q nimis dormiunt minus colore hilarent̄: q̄ꝫ q se modice somno recreant. Nā dormiens quoq̄ꝫ ipse astringit̄ ⁊ ꝓpemodum strangulatur.

Quare umācior ē sudor in ꝯseruatiōe sanitatis dato ēt q̄ fuerit minoris quātitatis factus corpe currēte ⁊ se nudo exercitāte: q̄ꝫ factus corpe iduto currēte: dato q̄ fuerit maioris quātitatis. ¶ Nōnᵐ ē vt ꝯmo Arist.

magis nr̃is climatibus adaptet̃: q̄ p corpus eē nuduȝ pōt
itelligi corpus modicis vestimētis coopertū: vt lineis aut la-
neis et leuibus: si.n. corpus totalr̄ nudū in pluribus locoꝝ
totalr̄ exercitet̃ cursu: pori cutis ex aere frido clauderētur:
ꝛ maxime q̄ aer motus ifrigidat: sicut dī in 5ª particula.
q̄re exercitio sudor tūc nō poterit puocari. Amplius ma-
xime apud nos vī cuidā inhonestati attinere: qđ fortassis
nō est apud calidissimos barbaros. Istud corpus videtur
esse in quadā pena ex frequētia vestitionis ꝛ indutionis:
ppter qđ fortassis nō male expositum est corpus nudū.i.
paucis coopertimētis vestitū: lȝ lr̃a simplr̄ nudū oīno cor-
pus sonare videat̃: cū enī corpus sic paꝝ idutū exercitat̃:
supfluitates eliquant̃ ꝛ dissoluunt̃ in sudorē nō solū sup-
ficiales: imo pfunde ppter motū violētū necessarium vt
sudor accidat corpi huic. In exercitio etiā tali saluat̃ ma-
Exercitiū quid. gis rō exercitij q̄ si esset plurimis pānis idutū. Est nanqȝ
exercitiū motus volūtarius pp quē anhelitus magnus ꝛ
freqns est necessarius fm Aui. p can. fen 3ª. Est āt corpus
idutū hic itelligere vestitū coopimētis multis calis: tale
eteni cū exercitabit̃ quodā estu iflāmabit̃ statim: ꝛ plus
supfluitatum eliquatione mouebunt̃ q̄ possint dissolui ꝛ
expelli: ita q̄ intus remanētes mote declinabūt in vacui-
tates articuloꝝ: ꝛ motū difficilē reddent. Sic ḡ sit regula
in dispōne corpis ad exercitiū: vt neqȝ sit oīno nudū neqȝ
vestimētis exestuātibus coopertū. ¶ Deide [Aut q̄.] Sol-
uit ꝛ p̄ assignat cām q̄siti. 2º caȝ approbat. 2º ibi [Et hū.]
Dic̃ itaqȝ: rō h̄ esse iuuātius exercitari corpe nudo exn̄te
q̄ iduto: qm̄ laborare vl'r est melius ꝛ magis eligēduȝ q̄
nō laborare: eo q̄ totū esse nr̃m est in motu: sȝ corpus nu-
dū in sudādo magis laborat vestito: ḡ sudor iste est iuuā-
tior ꝛc̃. Et h̄ est qđ psequit̃ dicēs q̄ sudor ille q̄ fuerit cū
fatigatiōe iuuātior est ad salutē illo q̄ fuerit sine: ꝛ adhuc
q̄ fuerit cuȝ maiori fatigatione ꝛ conamine melior est ad
salutē sibi opposito: dūmō pportionet̃ corpi: in ipso.n. ma-
gis saluat̃ rō exercitij. Dicit aūt vl'r: q̄ nō semp est meli'
sȝ idigēti: aut dixit pseruādo se a formis separatis. ¶ De-
ide scđo [Magis āt.] Ostēdit corpus nudū magis i cursu
laborare: ꝛ dicit q̄ in currēte ꝛ vl'r exercuāte corpe exn̄te
nudo inest vehemētior fatigatio: qđ declarat̃: qm̄ corpus
nudū nō pōt moueri ad sudorē nisi existat i mlt'a fatiga-
tione ꝛ forti: sȝ nō oȝ corpi vestito tātū laborare vt sudet:
sudabit.n. ppter caliditatē quā acqsiuit a pānis etiā si pa-
rū laboret. Et scias q̄ in assignatiōe isti' cause Arist. p vi
ponere pbationē maioris sue rōnis. 2º maiorē. 3º minorē.
Dubium 2º ibi [Et sudor.] 3º ibi [Magis āt.] ¶ Uē alicui dubitā-
do q̄ laborare vl'r nō sit meli' nō laborare dicēti fm Ari.
in 3º topi. Illud melius fore qđ meliori assimilat̃: nūc aūt
nō laborare assimilat̃ meliorib': qm̄ formis sepatis: lȝ.n.
dixerit Plato: vt pȝ 2º celi ꝛ mūdi. itelligētiā mouere ce-
lū cū pena ꝛ fatigatiōe: tales qeścētes fm Arist. faciūt oīa
moueri. q̄re ꝛc̃. Amplius in p̄ de som. ꝛ vigi. dī q̄ qes sal-
Solutio uat. ¶ Dōm q̄ laborare vl'r est meli' nobis nō laborare:
eo q̄ corpa eē nō hn̄t nālia nisi p motū ꝛ maxie aīaliū: ad
quē sequit̃ labor: opōnes.n. coꝝ p q̄s saluant̃ inesse cū la-
bore ꝛ pena existūt pp māȝ cui forma nō dn̄at oīo. Itaqȝ
est dōm q̄ illud qđ assimilat̃ meliori ꝛ h̄ in meliorib' sic̃
ibidē Arist. remouet istātiā factā de symia: est meli': nūc
āt nos assimilari deo in melioribus est vt assimilemur ei
quātū ad eē ꝛ pseruari: qđ p motū acquirimus. ꝛ h̄ nobis
existit melius: cū totū eē nr̃m psistet in motu ꝛ trāsmutatio-
ne. Et iō Gal. dicit in p̄ de re. sa. q̄ nos diligimus nālr̄ mo-
ueri. sic.n. ei in motib' assimilari: est effectib' suis assimi-
lari: qđ est eligibile magis: cū ipsius imediatissime magis
Alia solo sim' effect'. ¶ Aut dōm formas sepatas equiuoce laborare
i eo qđ iferior recipit bonitatē ꝛ pfectionē a supiori. Tūc

ad 2m dōm q̄ veꝝ est q̄ quies saluat: cū motus vehemē-
ter fatigatiuus eā pcesserit: nō āt semp: pp qđ vl'r fortassis
addidit. ¶ Si iteꝝ dicat̃ q̄ simplr̄ ad simplr̄ ꝛ magis ad Dubium
magis ꝛ maxie ad maxie: sic̃ dī 2º topi. ḡ sudor cū maxio
labore melior ē alio: qđ fortassis aliqs nō psentiet: pp qđ
pro icōueniēti h̄ recipiēn. ¶ Dōm breuiter sermone p̄bi Solutio
verificari in his q̄ silr̄ ꝛ essentialr̄ p̄dicant̃ de his de qbus
dicunt̃ vt deū est: vt deū colere: parentes honorare: talia
sūt nō sunt in p̄dicta istātia p̄dicata. ¶ Deide [Et bene.]
Approbat solonē datā dicēs q̄ currentes nudis corpibus
estate ꝛ maxime tpe tēperato ꝛ aere nō cōglutinato neqȝ
estuoso reddunt̃ coloratiores ꝛ pulchriores illis qui indu-
ti currūt. ¶ Deide [Quare.] Declarat h̄ dicēs: sic̃ nāqȝ il-
li q̄ habitāt loca sana bonis vētis cuētabilia vt sūt septē-
trionales ꝛ oriētales sūt coloratiores ꝛ saniores illis q̄ ha-
bitāt loca ifima suffocata malis emanationibus cuētabi-
lia vt meridionales ꝛ occidētales: ita accidit homini duȝ
extiterit in bono spiraculo bonis vētis spirato: emūdant i
bus supfluitates fumosas ex aere: qm̄ ideȝ erit coloratior
ꝛ melius dispositus seipso alio tpe q̄ qn̄ fuerit detētus ab
estuatiōe multa suffocatiua: in ipsa nāqȝ tāt' estus existit
q̄ nō pn̄t ide spūalia euētari: qđ qdē accidit vestito cū la-
borauerit: nō āt nudo. Et h̄ ē qđ dic̃: q̄. i. q̄ mlt' estus ma-
gis figit. i. iprimit estuationē currēti iduto vel exercitanti
q̄ nudo. ¶ Deinde [Silr̄ aūt.] Declarat h̄ p aliud simile
dicēs q̄ silr̄ accidit istis sicut accidit supflue dormiētib'
tpe lōgo p cōparationē ad tēperate dormiētes: vt idutus
pportionet̃ in ipso idebite dormiēti ꝛ nudus debite: qm̄
si aliq diu dormiāt minus colorati ꝛ deteri' dispositi erūt
q̄ eēnt pus: ꝛ q̄ illi q̄ dormiūt tpe mēsurato pportionato
digōni coꝝ ꝛ qeti spūuȝ: imo coꝝ somn' ꝛ maxie diurnus
quātuścūqȝ sit colorē corrūpit: ꝛ plura synthomata alia i-
ducit: sic̃ dicit Aui. 3º p̄mi. ꝛ h̄ est: qm̄ dormiēs q̄si strāgu-
lat̃: vn̄ in p̄ de som. ꝛ vigi. dī q̄ somnus est silis epilepsie: Epilepsia quid
ꝛ est quodāmodo epilepsia. est enim vt ait passio p̄mi sen-
sitiui imobilitas ꝛ vinculū. Causa aūt q̄re multū dormiē- Cā palloris in dormiētibus.
tes reddunt̃ male colorati est: q̄ retinent̃ supfluitates in-
expulse: que regurgitātes sup calorē innatū sui q̄litate fri-
gida ꝛ humida relaxatius extinguūt ipsum. Un̄ Ioānici'
dicit q̄ somnus ifrigidat ꝛ humectat: ꝛ quātitate sui obte-
git suffocatiōe eūdē. ¶ Nōn̄ est q̄ Arist. p corpora bene
colorata inuit bonā dispōnē in corpe: qm̄ esse bn̄ coloratū
in regionib' medijs est hr̄e colorē albū cōmixtū rubeo ro-
seo: vt dicūt medici: q̄ qdē color causat̃ a tēperamto ꝛ san-
guine sufficiēter cū alijs humoribus pportionē habēte.

¶ Problema. XXXI. Antiqua.

Propter qđ exercitātes se sudant pe-
des: faciē āt nō: i alia vita sudātib' no-
bis maxie qdē faciē: minie āt pedes:
Aut q̄ agonia vl' exercitatio timor q-
dā est ad pricipiū opis: timor āt ifridatio supio-
rū: pp qđ ꝛ pallescūt faciē agonizātes: mouent̃
āt ꝛ laborāt pedib': faciūt.n. h̄ agonizātes: ꝛ si-
cut exercitāt: ppter qđ merito sudāt hi qui his
laborāt ꝛ fricāt manus ꝛ remittunt̃ ꝛ distēdū-
tur ꝛ permutant̃ ꝛ nunq̄ quiescunt: moti enīȝ
sunt ad opus ppter id qđ calidūȝ illoꝝ collectū
est in locum qui est circa pectus existentem cō-
caliorem: vnde oīno currente ipso ꝛ sanguine
accidit ꝛ densum ꝛ varium fieri motuȝ. Ma-
xime autem sudant pedes: quia hi quidem cō-

tinue

tinue laborāt: alie aūt ptes corpis qete potiūtur figuris τ motuū mutationibus. Noua.

¶ Cur pedes in trepidatōe sudāt: τ nō facies: cū in muneribꝰ vite oibꝰ vt facie maxime: sic pedibus minime sudemus? An q2 trepidatio metꝰ qdē sup re icboanda est: metus aūt refrigeratio ptis supioris est. Quāobrē facie quoq3 pallent q trepidāt: pedibꝰ itē sollicitanť τ palpitāt. Sic eni trepidātes hoies faciunt: seseq3 quodā mō exercent: q̄propter ea rōne pte sudare solēt qua laborāt: manus etiā assolēt pfricare: τ se mō inflectūt mō extēdūt āt sepe exiliūt: neq3 āt vnq̄3 quiescūt. Sūt.n. exciti ppensiq3 ad negociu3: qm̄ calor eoꝝ se collegerit i pectoris loco q corpulētior est: quāobrē vndiq3 cu3 eo ipso calore tum sanguine turgescēte efficiť vt motu vario crebroq3 agitenť. Sed pedibꝰ maxime isudāt: qm̄ pedes perpetuo tenentur labore: cu3 cetere corporis partes quietem aliquam consequi per situs mutationem motionisq3 possint.

dictus mẽbrans situs inter cutem ꝛ carnẽ:qui cum sit fri-
gidus ꝯstare facit sanguinis vnctuosum in pinguedinez.
Unde noĩe cutis Arist.etiã hic hunc pãniculum intẽdit:
eo ꝙ cuti satis adhereat:neqꝫ valet ꝙ dicebat̃ secũdo:lo-
cus cutis est remotus a nutrimẽto ꝛc.Qꝛ lꝫ cutis remota
sit a stomacho vel epate cum mesenterio in quibus conti
netur nutrimentũ:est tamẽ p̱pinqua mẽbris deseruienti-
bus istis.s.venis ꝛ arterijs deportantibus nutrimẽtũ per
totũ corpus:admoduz enim quo in ortis p̱pter irrigatio-
nes ꝯstituunt̃ ex lapidibꝰ riuuli: vt aqua decurrat p totũ:
ita ꝛ sanguis per venas ꝛ arterias decurrit in corpore ad
hoc ordinatas:sicut scribit̃ in.13.de partibus.sanguis aũt
cum per venas ꝛ arterias peruenerit ad cutim:in quã ve-
narum ꝛ arteriaꝝ rami capillares terminant̃:non valens
cutem durã spermaticã penetrare:resudat ex orificijs il-
larum in locum qui est inter carnez ꝛ cutem:ꝛ infrigidat̃
ibidem vt declaratũ est:propter qꝺ in pinguedine ꝯstat.
Et fortassis aliquis istam particulam [Cã autẽ huius ꝛc.]
exponet nõ de cute sed de ventre:vt concordet ei qꝺ di-
ctum est in.5.cap.qꝺ non opꝫ vt iam patuit.


¶ Problema. XV. Antiqua.

Propter quid ex lõgis ꝛ vehemẽtibꝰ
vijs ꝛ cursibus:quanto stat aliq̃s in
extremitatibꝰ digitoꝝ mouent̃ peduz
calcanei ꝛ diuellit̃ deorsum p̃ſpte.
Aut p̱pter cõtinuitatẽ ꝛ vehemẽtiã motus: nõ
requiescit in hoie motus neruoꝝ.Toti eni cor-
pori dominat̃ anima multotiens:particulis aũt
nõ:q̃n quodãmodo mouebit̃ vt cordi ꝛ virge.
Causa aũt ꝙ sp̃us multus circa neruos exurit̃
qui nõ simul infrigidat̃ statim:hic aũt mouens
sicut euellens motu deorsum euellit̃ ꝛ longissi-
mo minime facit dominari. Tales aũt sunt cal
canei:vt iratis inferius labium. Noua:
¶ Cur pacto lõgo itinere aut cursu siquis se sup
sũmos cõstiterit digitos calces pedũ cõquatiũ-
tur p̱niqꝫ deorsuz labunt̃: An p̱pter cõtinuatũ
vehemẽtẽqꝫ motũ cõcitati nerui nõdũ requie-
scunt. Fit eni sepe vt aius euincere corpus totũ
possit. Mẽbra aũt singula ĩbibere nõ possit vbi
se quẽdã in modũ cõmouere.nõ eni cor nõ pen-
nẽ excitũ residere aius cogere põt. Ratio ãt rei
quã querimus est ꝙ multuz sp̃us circa neruos
deurit̃:qꝺ nõ simul ac substeteris refrigescere
põt. Is igit̃ sp̃us cõquatiens veluti subtrahen-
do suo motu deducit: facitqꝫ vt pars remotissi
ma minime cõtineat̃. Itaqꝫ calces tremescunt
quẽadmodum ĩmũ labrum hoĩs iratis.

Quare est ꝙ cũ currit q̃s longũ iter cursu vehemẽti
ꝛ lõgo:postea cursu terminato si conat̃ erigi
sup extremitates digitoꝝ pedũ:sicut volens in altũ cõspi
cere:calcanei pedũ tremũt ꝛ deorsuz mouent̃: ꝛ ideo ma-
nifeste trahit̃ deorsuz coactus manere sup plãtas pedum
suoꝝ eq̃liter.¶ Deinde [Aut p̱pter.] Soluit ꝛ p̃ assignat
cãm huiꝰ dicens ideo esse:q̃m p̱pter cõtinuũ motũ ꝛ ve-
hemẽtem ĩpressum ꝛ velocẽ in neruos ꝛ lacertos nostros
ab aia:nõ requiescunt adhuc a motibus:lꝫ p̃ncipium taliuz
motuũ vt animus sit q̃etata.¶ Sciẽdum sicut vult Gal.in Mẽbra
libro de motibus liq̃dis:ꝙ membroꝝ quoddã est mouẽs vel mouẽ
tm̃ vt cerebrum:quoddã motuz tm̃:vt extrema sicut ma- tia vel mo
nus parua:qꝺdam ṽo mouens ꝛ motũ:sicut neruus aut la ta vel
certus:mouetur eniz a cerebro vel nucha ꝛ mouet mem- vtraqꝫ.
brum:iste quidem est ordo ẜm eum in mouentibus orga-
nice. Aristo.tamen ponit omnis motus initiuz fore a cor-
de:sic itaqꝫ apparet quomodo motus potest eẽ in neruis
seu lacertis:principio motus vt anima cum instrumento
principali quietato.¶ Deinde [Toti enim.] Declarat qꝺ
dictum

dictum est.pmo ostēdit quomodo talis diuersitas seu in/
ordinatio possit in corpore cōtingere:dicens q anima fre
quenter dominat toti corpori in cōmuni:nō tn̄ dominat
singulis partibus.vt verbi grā.cordi ⁊ virge:iste.n.aliqli/
ter mouent iam anima sedata a mouere ⁊ intellectu non
iubente:cor enim cū fuerit cōmotū ex aliqua passione vt
ira vel timore aut egritudine vt cordis tremore:mouetur
etiam passionibus hꝫ quietatis cōtra voluntatem anime:
qd similiter accidit in virga ⁊ maxime religiosoꝝ aut in
tentigine vulue in quibus inest motus:anima etiā cōtra/
rium iubente.Unde Aristo.in libro de causa motus ani/
maliū.dicit motum pudendi esse inuoluntariū:⁊ ideo vi/
demus tunc q cuz in arteria brachij euenerit systoles aut
diastoles vna in arteria virge erunt sex vel septē propter
motū sibi inditū feruore cōcupiscentie spiritu calido illic
Nota cō/parationē cōcurrente.¶ Notandū est sicut vult Aristo. in libro de
causa motus animaliū:constare animal quēadmoduz ci/
uitatez bene legibus rectā:in qua si semel fuerit ordo sta/
bilitatis:nō est opus amplius separato monarcho:in ciui/
tate aūt bene recta sic est:q ciues vniuersaliter obediunt
pncipatui:particulariter tamē cōtingit aliquos transgre/
di ipsius mandatū:vt fures ⁊ homicide:qui statiz nō pos/
sunt a principe cogi:cū sint nō partes pollitie facti.Simi/
liter etiā contingit in animalibus ⁊ maxime in hoīe:quā/
do enim corpus anime recte subijcitur : vt ipsi dominet i
disposito pncipatu coactiuo:sicut apparet in pmo politi.
coꝝ:anime omnis corporis obedit particula. aliquādo q/
dem est q anima corpori dominat pncipatu politico nō
coactiuo:⁊ in tali dominio anime aliqua particula corpis
potest interdum resistere:sicut ciuis transgrediens pnci/
patum.¶ Deinde [Causa aūt.] Reddit causaz huius di/
cens ideo esse:quoniam spūs plurimus ⁊ calor missus ab
anima inflāmant circa neruos ⁊ musculos qui nō simul
tēpore statim infrigidātur:⁊ sic nō cessant a motu:cū mo/
tus fiat pter calidū:cum anima quietata fuerit se retra/
hens a mouere.imo hꝫ spūs ⁊ calor adhuc est mouens:si/
cut aliquid diuellens ⁊ pars cōtrahit motu eoꝝ deorsum
vt prius:cum erat motus:aut vniuersaliter ad aliam quā/
cūqz positionis differentiā cōtra inclinationē ⁊ impetum
anime mouentis.vnde fit q diu anima nō possit plene ta
li parti dominari:⁊ fm eius impetū mouere:pter spūm
inflāmatū in neruo vel musculo mouente illam partem.
Propter q fit talis inordinatio vel inobedientia partis
Tacita obiectio Aristo. alicuius corporis ad animam quādoqz.¶ Dicendum p/
pter qd sciēduz sicut apparet in libro de causis motus ani/
malium:q operationes ab anima in corpus profluentes
sunt sicut de genere authomatū mirabilium: que quidez
sunt artificiata subtili ingenio constituta:quibus inest q
aliqua parte ipsoꝝ mota:mouet ⁊ alia vsqz ad aliam vlti
mam partem:ita q pma parte vel pmo mouente mouere
cessante:adhuc mouet intermedia ⁊ vltima : sicut est vi/
dere in machinis molendini ⁊ horologijs: sic equidē ani/
ma se habet ad corpus:quoniam ipsa pmo mouente vt di
catur cor ⁊ spūs ipsius mouentur:quibus motis mouetur
cerebrū:cuius motu mouetur nucha:qua mota mouetur
neruus ⁊ musculus:cuius qdez motu vltimo mouebitur
pars extrema mota tn̄ nō mouens:itaqz erit q motu in/
dito in vltima parte que mota est tn̄ ⁊ non mouens vt di
catur virga aut calcaneus seu labium poterit moueri: pn/
cipio motiuo ꝑori vt anima quiescēte mouere. ¶ Et hoc
est qd subdit dicēs q hꝫ sunt calcanei:qui sunt partes pe/
dum vtrorūqz posteriores:quibus pedes firmantur : qui
quidem mouent diu ⁊ deorsum euelluntur: cum quis in
digitos se erigit pter motū indituz eis ab anima prius:
ita q anima nō potest eis dominari:sicut sagittans sagit/
te emisse.vnde ⁊ calcanei sicut se habent in his q vehemē
ti,⁊ longo currunt cursu:sic se habet labium inferius etiā
in iratis:ipsi enim trahūtur deorsum: sicut labiū inferius
trahitur in anterius deorsum ⁊ extenditur diu sic rema/
nens propter spiritum furentez ei immissuz ab anima pus:
propter qd physionomi indicant labia eminentia haben/
tes iracundos ⁊ animosos existere.

¶ Problema. XVI. Antiqua.


Ropter qd nō vehemēter cōtentiose
currētes in ritbmo respirāt:' Utrum
quia ois ritbmus determinata mo/
uet mensuratione. talis autez est per
equale qd currentes faciunt:simul aūt incipiē/
tes currere respirant:quare respiratio per equa
le facta,pter id quod equali motu mensuratur
ritbmum facit:aut qz omnis qdem vniuersali/
ter respiratio per equale fit:his qui fm naturaz
ipsa vtunt ⁊ non cōtinent. Sedētibus aūt igit
⁊ currētibus moderata existēte corporis mo/
tione:non manifestus ritbmus fit. Cōtentiose
aūt currētibus nō cōsequēte sensu motu nō pos
sumus cōspicere anhelitus ritbmum:in curren
do aūt mēsurate:mēsurā motus sensibilē anhe
litus faciens ritbmū declarat. Noua.

¶ Qua de cā qui nō cōcitate admoduz currunt
numerose respirant:' Utrū q numerus ois mē/
surā certo recipit motu:talis aūt motus est qui
per equas agit portiones quēadmodū agunt q
currunt leuiter.ergo simul atqz agere cursum i/
ceperint respirāt:ita vt cū spiratio per cōpares
vices pp parē metiēdi motū reddat numerum
siue modulationem possit cōtinuare. An q ois
spirādi rō cōpari vicissitudine cōfici soleat:mō
quis nō retineat:sed tenore trahendi a nā deter/
minato vtat. Igit cū sedemꝰ aut ambulamus
q motꝰ corporis mediocris est:numerus palaz
nō fieri pōt:cū itē cursuz cōcitate agimus q sen
sus ꝯseq motū nequeat nūerū pcipe respirādi:
haud qq̄z valemꝰ.at cū mediocriter nosipsi cō/
citemꝰ motꝰ ipsi mediocris mēsuraz modū re/
spirādi sensibilē pstans explicare numeꝝ pōt.

Quare est q currentes mensurate ⁊ non cum ingen/
ti violētia ⁊ conatu anhelitu suo quē emittūt
cānt ritbmū quendā:in quo ordo tenor ⁊ pportio quedā
consonantie sentitur:qd maxime fit in quibusdā cursori/
bus festinantibus:vt malleatores ostendunt.Quid aūt sit
ritbmus ad.19.particulam ptinet:vt aūt in presenti est di
cere. est debita qdam pportio sonoꝝ adinuicē fm acui/
tatem ⁊ grauitatem concordantiū eodem seruato tenore.
¶ Deinde [Utrū quia.] Soluit ⁊ primo assignat causam
pbabilem sumptā ab equalitate ⁊ modo anhelitus quez
habent currentes.scdo assignat aliam ex parte anhelitus
vniuersaliter.secūda ibi [Aut qz ⁊c.] Primo facit qd dcm̄
est dicens ideo esse:quoniam omnis ritbmus causatur ex
debita cōmensuratione sonoꝝ:sicut apparet in illis q cō/
terunt gissum:talis aūt cōmēsuratio est illa in q̄ seruatur·

equalitas ꝛ ꝑportio simul: quā quidem currētes causant: qꝛ statim cū incipiūt currere: ꝛ respirare etiam incipiunt: ꝛ sic semꝑ ordinate currēdo incipiūt vniformiter: ꝑpter ꝙ talē ordinē ꝛ vniformitatē in ritbmū cōstare faciunt: inspirādo eni ꝛ expirādo būiditas pulmōis per motū calefacta subtiliaᵗ ꝛ in vaporē dissoluiᵗ. vnde ꝛ anbelitus inspissaᵗ fumositas: in cuius quidē demū expulsione virtute laborāte expulsiua qdam sonus efficiᵗ ordinatus: sicut apparet tēpore calido in canibus. ❡ Propter qd hic son⁹ canibus maxime sentiᵗ alioꝝ aīaliū: aut qꝛ eoꝝ sunt colla longa angusta: ꝛ pectora stricta sunt: ꝛ gulosi plurimum humiditatis suꝑflue circa pulmones colligētes: aut ꝑpter motū eoꝝ vehementē ꝛ sepissimū eoꝝ nāliter anbelitus redditur inspissatus. ❡ Deinde [Aut qꝛ.] Dic scdo querit de causa assignata dicens. vnde est ꝙ respiratio eqlis ꝛ vniformis ritbmum causat. ❡ Deinde [Propter id.] Reddit cām istius dicens ideo cōtingere: qm h⁹ respiratio cōmensuraᵗ motu quodā equali ꝑportionato ꝺm tēpora equalia. ❡ Deinde [Aut qꝛ.] Assignat aliā cām principalis quesiti dicens aliā cām esse: quoniā omnis respiratio vt vīr est dicere fit ꝺm equalitatē ordinē conseruando inceptū: ꝛ hoc in his qui ipsa nāliter vtunᵗ: ita ꝙ non sit aliqd detinens spūm: quin egrediaᵗ libere ꝛ vniformiter vt opꝫ: sicut accidit interdū seriose facere: aut egritudinū aliq̄ occupatione: vt fe. causonica vel squināntia aut asmate. Et qꝛ sic est: itaqꝫ sedētes ꝛ currentes ēt cursu mēsurato valde ꝛ per modicū spatiū seu ambulātes non causant ritbmum manifestū: eo ꝙ eoꝝ nō inflāmanᵗ spiritualia: sic igiᵗ quasi dicat pħs ritbmus nāliter se habētibus causatur ex respiratione: aliqñ tamē nō est sensibilis: sicut diciᵗ scdo de aīa: ꝙ echo semper videᵗ fieri sed non certus: sed in currentibus vehemēter cū conamine grādi: vt volentibus alios suꝑare vel fugere nō possim⁹ percipere ꝙ cōstituunt in anbelitu ritbmum: qđ accidit eo ꝙ in diuersis sensus ꝛ motus nō cōsequunᵗ seinuicē: neqꝫ hi ꝑportionē seruant: intātū eniꝫ motus eoꝝ est subitus ꝛ inordinatus ꝑpter spūaliū inflāmationem: ꝙ audiius illic nullum ritbmum pōt iudicare: cuꝫ nō seruaᵗ ratio ritbmi in talibus: ꝑpter qđ aliqñ vt qđ ꝑus dicebaᵗ cuꝫ nō sit fieri ritbmum manifestū. hic aūt oīno fieri nō ꝯtingit: opꝫ dare mediū istoꝝ vbi ritbmus causeᵗ: qđ erit vt dictum est ꝑus in currendo temperate ꝛ nō vehemēti conamine: sic etenim anbelitus cāns sensibilē cōmensurationē ꝛ ꝑportionē motus causabit ꝛ ritbmū manifestū. Dicit aūt sensibilē ad drīaꝫ ꝑoꝝ q insensibilē cōstituunt ritbmuꝫ. Dicit aūt mēsurā ad drīaꝫ secūdoꝝ qui ꝑpter nō hīe cōmensurationeꝫ nō causabunt ritbmū. hi aūt tertꝫ medꝫ ritbmū ꝛ manifestū faciant ꝑpter habere causas eius.

❡ Problema. XVII. Antiqua.



Ropter quid in currēdo videᵗ nobis aer ventus fieri? Utrū qꝛ moti ꝑpter currere continuū corporibus nostris aerē mouemus qui est ventus: ꝑpter qđ nō videᵗ solū: sed ꝛ ꝺm veritatem aer sit ventus. Aut qꝛ currētes percutimur aere: hoc autē accidente magis sensum accipimus aeris ꝑpter motū. Merito igiᵗ ventus videᵗ fieri: hoc aūt accidit propter motum. Noua.

❡ Quare inter currendum aer in flatum cōuerti nobis videaᵗ? Utrū qm dum per cursum agitamur: aerem corporibus nostris continentem excitamus: qđ nō nisi flatum mouere profecto est: quocirca non solum videtur: sed etiam vero in flatum aer conuertiᵗ. An ꝙ in currendo aerē impetu nostro violemus: quo facto sensu aeris per motum magis afficiamur. Ergo recte in flatum aer se conuertere videatur. Hoc eniꝫ ratione impetus potest euenire.

Quare est ꝙ cū currimus velociter maxime videᵗ nobis ꝙ aer efficiaᵗ vētus. ❡ Deīde [Utrū qꝛ.] Soluit ꝛ ꝑmo assignat cām ꝓbabilē vel ꝺm opioneꝫ alioꝝ. ꝛ dicit ideo esse: qm qñ mouemur motu vehemēti vel veloci qđ est currere: mouemus aerē cōtiguū nostris corꝑibus vel aerē in se cōtinuū ꝛ vnū scindimus: q qdem motus ꝛ diuisus apparet ꝙ sit vētus: qꝛ eni aer motū vehemētem ꝛ subitū recipit: diuidiᵗ ꝛ cedit ꝺm partē ꝑ quā cōdēsaᵗ: ipso aūt tandē cōdēsato vehemēter refrāgitᵗ: ex cui⁹ refractiōe videᵗ vēt⁹ fieri. ❡ Deīde [Propter qd.] Monet aliā dubitationē huic ꝑpinquā vt magis appareant antedicta. Et ꝑmo ꝑponit dubitationē dicēs. q̄re est ꝙ nō solū videᵗ aerē motū fieri ventū: imo vere aer motus est vētus. Et fortassis qꝛ vēt⁹ nō est aer oīno motus vt apparebit: q̄re sic istā lr̄aꝫ alter: alr̄ exponat. q̄re est ꝙ vētus nō est aer motus ꝺm veritatē: sed videᵗ solū ventum aerē esse motū: hoc tñ dicere nō sic cōsonum est littere vt ꝑmum. ❡ Deinde [Aut qꝛ.] Soluit dicens iđ esse: qꝛ duꝫ vehemēter currimus ꝑcutimur aere: quo cōtingente: magis sentimus aerē ꝑpter motū ꝛ ꝑcussionē quā causat in nobis: ꝛ qꝛ sic est: nō imerito vētus videᵗ fieri aer motus: qđ qdem accidit ꝑpter motū ipsius aeris vehementem ꝛ subitū. Qđ eni cū aer quiescit nō sentiᵗ vētus oīno: videᵗ ecōtrario fieri: vt cum mouetur ventus sit ipse sic motus. Cap.ij.

❡ Notādū sicut pꝫ in scdo methеoroꝝ ꝙ qdā posuerūt ventū esse aerē motū: quā qdem positionē iprobat Arist. ibidē. ait eniꝫ aut incōueniēs esse ꝙ aer circūfusus ꝛ motus circa singula ꝛ vndecūqꝫ dicaᵗ ventus motus: intendens talē rōneꝫ: qꝛ sicut est in fluuijs: ita dꝫ esse in vento: cū vtrisqꝫ insit ꝑportionabilis passio: sed ita est in fluuijs ꝙ nō quelibet aqua fluens diciᵗ fluuius: etiā si sit magne q̄ntitatis: neqꝫ etiā qualitercūqꝫ sit diciᵗ fluuius: sed solū diciᵗ: cui⁹ ꝑncipiū est a fonte originale: a quo ꝯtinue multitudo effluit aque: similiter igiᵗ erit in aere moto: ꝙ non oīs aer motus ꝛ qualitercūqꝫ erit vētus: sed aer motus a ꝑncipio ꝛ loco determinato ꝛ modo. vnde. 7. cap. nō aere quolibet moto: neqꝫ quātocūqꝫ vētus erit. ꝛ in confirmationē huius talis subdiᵗ rō ꝛ est: ꝙ illud qđ ꝺm nām suaꝫ humidū est: nō est id qđ est siccū naturaliter: sed aer naturaliter est humidus. vt diciᵗ scdo de generatiōe: humiditas eni ꝑmo inest aeri q̄ꝫ aque ꝛ q̄ꝫ aliq̄ qualitatū: sed ventus est siccus vt apparet effectu: ꝛ initium eius exhalatio sicca: sicut dicit Arist. quare ꝛc. Rursus hoc posito ꝙ ventus sit aer motus: sequerenᵗ incōueniētia multa: vt ꝙ venti eēnt cōtinui: sicut aer est ꝯtinu⁹: ꝛ ꝙ oēs vēti eēnt vnus vētus: sicut aer est vnus. Item oēs venti simul flarent: si oēs partes aeris simul mouerenᵗ: sed hoc est cōtra pħm: qui dicit duos ventos cōtrarios non posse simul flare: sic itaqꝫ ostendiᵗ ex his ventū nō esse aerem motū: ita ꝙ rō eius perfecta sit aer motus vt voluerunt antiqui. Et fortassis Seneca in libro nālium questionuꝫ: sed ventus est aer motus a loco terminato ab exhalatione calida ꝛ sicca causatus: ꝛ ad hoc impugnādū videᵗ lr̄e Arist. scdo meta. ꝛ. 6. topicoꝝ: lꝫ exemplariter magis volens ꝙ oportet ad hoc ꝙ dictum est differentia terminari: nihil tamen prohibet quin aliqualiter possit dici ꝙ ventus sit aer motus:

Tex.c.16.

Uēt⁹ qd.

Tex.c.5.

sicut

sicut etiam potest aliqualiter dici ꝙ fluuius est aq̄ mota: sicut etiā dicit ꝙ ambitiosus est qui appetit honorē: hoc tamē nō sufficit: imo p̄mo opꝫ genꝰ differētijs magis determinare cōtrahētibus aut qualis vel quanti vbi in quo sicut dicit in eodē.6. sic igit̃ ſm intellectum hunc etiam p̄ma expositio quoquo pōt modo tolerari.

¶ Problema. XVIII. Antiqua.

Propter quid magis currentes q̄ ambulantes cadunt? Quia magis prius q̄ moueantur eleuant: currere ab ambulare in hoc differt. Noua.

¶ Quamobrē currentes potius cadimus q̄ ambulātes? An ꝙ magis q̄ moueamur attollimꝰ: hoc.n. inter cursum ⁊ ambulationē interest.

Quare est ꝙ currentes sepius cadunt ⁊ maxime cū fortiter currunt q̄ ambulantes? ¶ Deinde [Qr magis.] Soluit dicēs id esse: qm̄ currētes p̄us q̄ moueant̃ ⁊ anteq̄ fixerint vnū pedē eleuāt alteꝝ volētes lōge pedē extēdere: ꝓpter qḋ cū eleuēt vnū latus magis altero: frequētius cadūt: sed ambulātes cū plus nō eleuent alteꝝ sensibiliter q̄ā altero: figūt firmiter vnū pedē: anq̄ mota eleuent alteꝝ: ⁊ ideo nō cadunt sicut currentes. ⁊ vlterius addit: ꝙ ista videt̃ dr̄ia inter currere ⁊ ambulare: qm̄ currētes p̄us q̄ moueant̃: imo etiam p̄us q̄ bene firment pedē eleuant: ambulātes vō ecōtra. ¶ Est ⁊ alia cā: qm̄ si corpus debet erectū permanere ⁊ currere: opꝫ virtutem motiuā q̄ est in lacertis ⁊ frequētissime ⁊ velocissime: fere etiā in eodē t̄pe iuncturas relaxare: ⁊ contrahere: vt vna quidem partiū eleuet̃ ⁊ in ante moueat̃ relaxare: vt altera vō firmet̃ ꝯhere: h̄ aūt laboriosuꝫ est nāe ⁊ difficile valde: cū sit ip̄ossibile duo ꝯria simul facere. Pōt etiā hoc cōtingere: qꝛ in vehementissimo motu cū minimuꝫ sit quiescere: mouens caret perfecte fulcimēto: ꝓpter qḋ cadit: cum omnis motus imobili alicui innitat̃.

¶ Problema. XIX. Antiqua.

Propter quid ascēdentes genua dolemus: descendentes aūt femora? Aut quia ascendentes sursum proijcimus corpus: ⁊ euulsio multa corporis ⁊ a genibus fit: ꝓpter qḋ dolemus genua. In vallibus autem ꝓpter id ꝙ deorsum ferimur cruribus: femoribꝰ firmati dolemꝰ ipsa. Sic oē qḋ extra naturā fit dolorē ⁊ tristitiā parat. Est aūt ſm naturā genibus qdeꝫ ad anterius curuatio: femoribus autē in posterius. In ascensionibus aūt genua flectunt̃ in posteriꝰ: ꝓpter id ꝙ velle fulciri: in descēdentibus aūt femora in anterius flectuntur: propter id qḋ nostruꝫ corpus est in anterius ambulans. Noua.

¶ Cur ascendentes genibꝰ: descēdētes femoribus elaboramus? An qm̄ dū ascendimus corpus sursum iactamus distensionēq̄ corporis genuūq̄ mouemus: ex q̄uo genibus laborādū est: procliuis aūt locis eo femoribus laborat̃ ꝙ his ipsis eniti crura submouemꝰ. Ad hec omne qḋ p̄ter nāꝫ fit laborē dolorēq̄ mouet. Est aūt ſm naturā genibꝰ vt ante flectantur: femoribus aūt vt retro a locis accliuis genua retroflectūtur ꝓcliuis aūt femora ante cogunt̃: corpꝰ eniꝫ se pronum propensumq̄ ita defertur.

Quare est ꝙ quādo ascendimus in altū vt mōtes ⁊ duos: accidit nobis dolor circa genua: vbi os coxe vnū duobus cōiungit̃ ossibus cruris sub rotula: ſꝫ cū descēdimꝰ in infimū: dolor fit nobis circa femora: q̄ qdeꝫ sunt a iuncturis anchaꝝ vsq̄ ad alcharti vel renū spondiles: vt magis apparebit in.24. caplo. vbi hoc ꝓblema repetitur. ¶ Deinde [Aut qꝛ.] Soluit ⁊ p̄mo tangit causaꝫ p̄me partis quesiti dicēs ideo esse: qꝛ qm̄ ascendimus nos virtute aīe ip̄ellimus corpus sursuꝫ cōtra inclinationem eius cū sit graue. vnde multa euulsio ⁊ distractio accidit corpori circa genua: ad quā qdem sequit̃ cōtinuitatis solutio: ⁊ si non sit percepta: propter qḋ ipsa dolemus. Scd̄ qm̄ deorsum tēdimus quātū ad scd̄aꝫ partē quesiti: vt ad valles ꝓpter id qḋ ferimur cruribꝰ ab aīa no permittente corpus graue deorsum ruere fulcimur femoribus ferētibus corp̄is omne pōdus: ꝓpter qḋ ipsa dolemꝰ. ¶ Deinde [Sic omne.] Hic scd̄o approbat ⁊ declarat cām suam dicens ꝙ vniuersaliter omne qḋ est cōtra nām igerit dolorem quo ad corpus magis: ⁊ tristitiā quo ad aīam: sicut pꝫ p̄mo de anima: lꝫ enim operatio non fit nisi coniuncti: tamen q̄dam passiones p̄mo insunt corpori ⁊ per corpus anime vt dolor ⁊ egritudo: q̄dam econuerso vt tristitia et ratio. vnde Auicē. in p̄ncipio sexti naturalium: somnus ⁊ vigilia ⁊ egritudo ⁊ sa. sunt dispositiones corporis: imaginatio vō ⁊ cōcupiscentia ira ⁊ hꝰ p̄ncipaliter sunt anime. ¶ Deinde [Est aūt.] Posita maior sue rōnis declaratur in proposito: ⁊ cū hoc tangit minorē dicens ꝙ genua naturaliter habent curuari ad partē anteriorē: ita ꝙ cōuexum curuationis fit in parte anteriori: ⁊ cōcauū in parte posteriori: sicut fit in pedibus anterioribus quadrupeduꝫ. Femora vō naturaliter incuruant̃ ad partē posteriorem: ita ꝙ conuexū ⁊ cōcauū ecōtrario est incuruationi genuuꝫ: ⁊ est sicut incuruatio cruriū auium: sic itaq̄ inflexio naturalis nobis genibus ⁊ femoribꝰ est opposita: sicut hoc apparet in libro de progressu animaliū: nūc aūt cōtra naturam vtriusq̄ dictam: genua primo cū ascendimus oportet nos flectere ad partē posteriorem: que naturaliter habent flecti ad partem anteriorē: qḋ accidit qꝛ totū corporis pondus in eis fulcitur inuisum: similiter cū descendimus femora cōtra naturā suā incuruant̃ in partem anterioreꝫ: eo ꝙ corpus nostrū habet motum ad anteriora: in quo qdem opꝫ femora in anteriora flecti: vt corpus erectū sup ea teneat̃: caderet eniꝫ nisi fulciretur in femoribꝰ ad anterius: que qdem variatio figurarū genuū ⁊ femoꝝ accidit pp aliud ⁊ aliḋ fulcimētū pedū in ascēdēdo ⁊ descēdēdo: sic igr̄ qa genua ⁊ femora mutāt figurationes suas nāles insitas in ascēdēdo ⁊ dscēdēdo: labor ⁊ dolor eis fatigatis incurrit: ⁊ hoc qdem ꝓblema repetit̃.24. caplo.

¶ Problema. XX. Antiqua.

Propter qd q̄nq̄ in itineribus coxaꝝ mediū maxime dolemus? Aut qꝛ est totius longi ⁊ vnius existentis: fulcito autē medio dolor maxime fit: propter quod ⁊ cōfringitur maxime exinde. Coxa autem est talis: propter quod ⁊ mediuꝫ ipsius dolemus. Noua.

¶ Cur in itinere media femoris parte potissimū fatigari solemus? An ꝙ longi cuiusq̄ atq̄ ꝯti-

nui pars potissimũ media laborat: cũ.s.stabili/
tu3 fixũq3 manet: quãobrẽ hec precipue rũpit.
Femur aũt tale est: ergo partez potissimũ me/
diam eius fatigare merito solemus.

Quare est q in itinerãdo quãdoq3 dolemus potissi/
me circa media coxarũ. Dicit aũt qñq3: qr so/
lũ accidit in itinere longo laborioso et maxime illis quorũ
coxe solum magis in arcũ ducte sunt. ¶ Deide [Aut qr.]
Soluit dicens cãm esse qr coxe mediũ in corpore hois
mẽsurati est mediũ vniuersalis lõgitudinis et vni⁹ extẽtis
in ipso: sm hoc enĩ lõgitudo est sola in hoie media: ppter
qd corpus fulcitur: in quo accidẽte dolor circa ipm causa/
bit potissime. Et ideo infert correlarium dicens quare ex
tali fulcimẽto accidit comprimi et confringi: sed talis est
coxa circa ipsius mediũ: ideo mediũ ipsius maxime dole
mus: nõ qdẽ ppter attritionẽ ossis coxe: cũ ei nõ insit sen/
sus: sed per attritionẽ musculorũ circa os: in tali enim mo/
tu vehemẽter circa ipm seinuicem constringunt.

¶ Problema. XXI. Antiqua.


ROpter quid humidi velociter prefo
cãtur laborãtes et a caumate? Aut qr
calefactũ hũidũ aer fit: et vrit magis
plus. Quãdo igr nõ põt extrahere p/
pter multitudinẽ nõ fit infrigidatio: quare cito
ignescit ab inato et aduenicte calido: ppter qd
et facti sudores exercitantib⁹ se et oino laboran
tib⁹: et spũs egressus pficiũt. Segregato nãq3
et attenuato humido spũs fit. Noua.
¶ Quã ob cãm qui humida cõstant natura faci
le a labore estuq3 strangulantur? An q humor
cõcalefactus trãsit in aera: itaq3 acrius vrit. Er
go cũ ob nimietatẽ facultas submouẽdi nõ dat
refrigeratio nulla subsequitur: atq3 ita celeriter
hõ calore insito et aduentitio exardescit. Qua/
propter sudor spũsq3 secessio eos iuuant qui se
exercent: qui deniq3 laboribus se dederunt. Cũ
enim humor discernitur atq3 extenuatur spiri/
tum inde enasci necessarium est.

Quare est q hũidi hũiditate vaporosa calido cõien/
cta: qd dico pp multos q laborãt fortiq3 exer/
citio et assiduo se mouẽt: in magno feruore estatis suffocã/
tur citissime: et extinguunt ab incẽdio et inflãmatiõe: i sic/
cis aũt aut frigidis nõ sic ptigit. ¶ Et scias q cõis lra est
laborãte et nõ laborãtẽ: et tunc dicat pfocant ab incendio
eorũ aliquo laborãte ppter vite necessaria: sicut visum est
pluries aliquos tpe meo parisius in cãpis circa messium
collectionẽ taliter suffocari. ¶ Deinde [Aut qr.] Soluit et
dic ideo esse: qr hũidũ euaporabile accubitũ circa pul
mones taliũ cum calefit ppter motũ laboris et aeris sub/
tiliat et mutat in subam similẽ aeri: ita q humido plurifi
cato per euaporationẽ magis inflãmat et incẽdit interiora:
eo q subtile magis subintrat: iterũ plurificatũ maiorẽ re/
quirit locũ: quo accñte nã ppter multã quãtitatem ipsius
causatã ex vaporatione nõ põt ipm extra per cannã emit
tere euentãdo cor: imo inuiscat circa pulmonẽ. vñ nõ fit
refrigeratio spũu3 circa cor inflãmatorũ: ppter qd refrige
ratiõe nõ facta: citissime corpus inflãmat a calore inato
nõ ptẽperato: et a caliditate extranea aeris deforis occur/
rẽte humidũ in vapores resoluẽte. Et si3 cor euenteẽ mo/
tu arteriarũ per poros cutis: hoc tñ per se nõ est sufficiens
sed potius adiuuans refrigeratione per anhelitũ factam:
sic itaq3 in talibus calm qdrupliciter occurrit.s.calidum Nota
innatũ: calidũ aggeneratũ ppter putrationẽ euentationis: et
calidũ ptinẽtis: et calidũ ex motu laboris acquisitũ: que q/
dez calida sil adiũcta extinguũt calidũ inatũ: sicut maior
flãma minorẽ. Amplius fit valde possibile: eo q circa pul
monẽ insunt hũiditates plurime: tũ ad humectãdu3 ipm
ne arefiat ex motu euẽtatiõis cõtinue: tum qr recipit fu/
mos vaporosos ascẽdentes et descẽdẽtes: sicut dicit Auic.
2⁰ pmi. et ideo voluit Isaac ipm fore flegmatis receptacu
lum: nũc aũt cũ humiditates tales mutant in subaz simi/
lẽ aeri: sicut dicit ex minori fit plus: sicut dictu3 est in.xx.
cap. scde particule. propter qd humiditatibus in vapores
resolutis locus concauitatis pectoris iplet intantũ: q aer
vaporosus cõtentus interius sic fortis efficit: vt et motus
cesset pulmonis: ad qd qdẽ citissime sequit mors. ¶ De/
inde [Propter qd.] Hic scdo infert correlarium declara/
tiuũ pdictorũ dicens: et ideo qñ fiunt sudores in exercitan/
tibus se vlr vniformiter laborãtibus et anhelantibus libe
re: cõferunt he euacuatiões: et p eas saluant a suffocatiõe:
et hoc est qr per tales expurgatiões hũidũ supfluũ sepat a
loco in quo erat inuiscatũ paulatine: quo separato subtiliat
intantu3 q spũs.i.inspiratio et respiratio põt libere fieri.
¶ Dubitat qñ nõ vi3 quis posse a caliditate aeris pfoca/ Dubium.
ri: cũ s3 Auic. 2⁰ pmi. qñtũcũq3 sit aer calidus frigidus est
spũum nostrorũ cõparatione: qd qs experit iterius: ppter
qd magis videt inde cõtẽperari q suffocari. ¶ Dicẽdu3 Solutio.
sic esse sicut dicit phus ppter pdicta: qd etiã magis decla/
ratur: vt.n. hec suffocatio fiat: ops vt qtuor cõcurrant.s.q
corpus sit humidũ et pcipue circa pulmonẽ: et calidũ etiã:
si enim esset humidũ solũ hoc nõ fieret: qr nõ esset calidũ
ptinẽtis humidũ illud potẽs dissoluere in vapore3: ppter
qd hoc minus mulierib⁹ accidit: regrit ẽt humidũ pluri/
mũ euaporabile: et iõ minus hoc cõtingit cholericis: in q/
bus humidũ est min⁹ et subtile magis emittit in sudores:
et qr frigidas regiões inhabitãtes vt gallici et anglici sunt
humidiores et calidiores quodãmodo accñte min⁹ fridas
habitãtibus vt Italicis: accidit eos ab incẽdio estatis ma
gis suffocari laborãtes Italicis. ¶ Ad hoc ẽt adiuuat qm
Italici meliori et ordinatiori vtunt vita et magis sciũt sibi
pcauere. Sunt et illorũ terre plurimũ pcaue: in qbus estus
feruidus ppter reflexionẽ causat radiorũ: sed terre itali/
corũ sunt plane magis et expanse: in qbus etiã sunt arbores
plime: sub qrũ vmbra pausant fatigati: qd nõ sic reperit
apud illos. ¶ Tũc ad arg^m dicendũ q sermo Auic. est de
aere extiti sub latitudine nãlitatis: hic aũt de quo obgcit
est pter nãz et pestilentialis factus: cũ sit rabiosus in cali/
ditate. ¶ Uel dõm q hoc non solum accidit rõne cali/ Alia solo.
ditatis continentis: imo etiam ratione aliarum vt appa/
rebit caliditatum calido aeris incitatarum.

¶ Problema. XXII. Antiqua.


ROpter quid cõmẽsurata corpora la/
borant multotiens et permutant faci
le? Aut ppter idẽ ambo: equale enim
cõmensuratũ: equale aũt simul passi/
bile. Si igit aliqua doluerit pars: cõfestim cõ/
dolet totũ: incõmensurabile autem sicut magis
depẽdens nõ conuertit partibus: laborat qdem
igitur multotiens propter hoc: facile autem p/
mutat: qr omne cõmunicat corpus. In plura
aũt distributa passio fit infirmior quare facile
pmutabilis:

ꝑmutabilis: icõmẽsurabile aũt sicut nõ cõicans partibus q̃dem minus laborat: difficilius autẽ permutaẽ: vehemens eni est passio. Noua.

¶ Quare corpora que modice constant tẽperataq̨ sunt in morbuꝫ sepius incidunt: ⁊ facilius curanẽ: An vtrũq̨ eadem de causa euenit: est enim equabile qd̾ modicũ est: qd̾ aũt equabile id cõpatibilius est. Quãobreꝫ si qua eius pars laborauit protinus totũ collaborat: imodicum aũt contra: vtpote qd̾ seiunctius sit partiũ suarum vitia minus haurit: minusq̨ consentiens est. Ergo sepius in morbum hac de causa incidit: facilius autẽ curaẽ qm̃ malum partium cõe omniũ est: eo nãq̨ debilius redditur quo se in plura digesserit: itaq̨ curabilius est: imodicuꝫ ꝓ illud: vt qd̾ rem cõem cum partibus nõ habeat: minus q̃deꝫ egrotat sed difficilius curaẽ: qm̃ malum vehementius viget.

Quare est ꝙ corpa tẽperata egrotãt freq̃nter: ⁊ q̃re de facili ꝑmutanẽ ab egritudine in sanitatẽ: vł q̃re ꝑmutanẽ de leui ⁊ alteranẽ ab eẽ suo nãli acgrẽtia q̃libet dispõnẽ. ¶ Dubitaẽ vtrũ sit dare corp⁹ tẽperatũ. ⁊ vĩ ꝙ nõ. q̶ iã nõ eẽt actio ⁊ passio in eo: cũ in oĩ actiõe ⁊ passione oportea vnũ eẽ ꝓdominãs: sicut dĩ in .5. meta. sꝫ h̾ est ĩpossibile: iã eni desineret viuere ⁊ eẽ. q̃re ⁊c̃. Amplius si ẽt eẽt: nõ h̾ret locũ neq̨ motũ: nõ .n. est rõ q̃re magis eẽt in illo loco q̃ȝ in alio: neq̨ magis motũ huc q̃ȝ illuc haberet: sꝫ hoc est ĩpossibile Algaçel: in sua nã. ¶ Dicẽdũ est ⁊ grã hui⁹ sciẽdũ ꝙ cõplexio est duplex: sicut dicit Auic. ꝑ̊ pmi. ⁊ medicoꝝ aliq̃. q̃dã est cõplexio ad põdus vł in vniuersa sube: q̃dã est cõplexio ad iustitiã siue ad necessitatẽ ⁊ vtilitatẽ. Cõplexio aũt quo ad põdus diuidiẽ in equalẽ ⁊ in inequalem. Equalis aũt est ꝙ qualitates ⁊ quãtitates eloꝝ sint eq̃les in mixto nõ supantes neq̨ supatꝫ: ⁊ ꝙ ex eaꝝ confractione resultet vna noua cõplexio ⁊ nã media inter qualitatẽ elorũ nõ magis declinans ad vnã qualitatẽ q̃ȝ ad aliã. Quo ad põdus cõplexio ineq̃lis est vt quãtitates ⁊ q̃litates sint eq̃les sicut p̾us: sed cõplexio q̃ ex eis resultat nõ est vere media: sꝫ declinat ad aliud extremorũ in ꝯrietatibus elorũ siue ad q̃litatẽ simplicem siue ad cõpositã vt ad calidũ ⁊c̃. siue ad calidũ ⁊ siccũ ⁊c̃. Et neutra istaꝝ cõplexionũ repiẽ: sicut vult illic Aui. qd̾ ⁊ rõnes inducte ꝯuincunt: ⁊ de tali cõplexione dĩc Gal. in pmo de regi. sa. ꝙ simplex sanitas ⁊ pfecta que certissimaꝫ hꝫ eucrasiaꝫ vel nunq̃ȝ fuit in aĩalis corpe: vel nunq̃ȝ fuit neq̨ pusillo neq̨ instãti tpe in ictu oculi in vnoquoq̨ momento alterata nõ eodẽ mõ se hñs: sed ꝑmutationẽ ꝑmaꝫ ẽm etatẽ suscipit q̃ semꝑ ad senectutẽ tẽdit ⁊ ẽm Auic. nõ nãliuꝫ administratione. Vñ Haly in theg. tracta. signoꝝ corpus qd̾ est in meliori formaꝝ est res forte que nõ inueniẽ: ⁊ si inueniẽ est occultũ sensui ⁊ nõ apphendiẽ nisi cogitatione ⁊ rõne: sꝫ de alia ab antedicta sanitate vel corpe opꝫ intelligere. puta semꝑ sano qd̾ in omni ꝑmanet hora tale. Cõplexio aũt quo ad iustitiam: que siṁr diuidiẽ per eq̃leꝫ ⁊ inequalẽ possibilis est inẽtionis: ⁊ est vt in mixto sit mẽsura quãtitatis ⁊ qualitatis elorũ ẽm ꝙ reqriẽ ad opationes speciei exercẽdas: ita ꝙ istud mixtũ diceẽ tẽperatum qd̾ perfectiori mõ habebit mensurã talem ⁊ ꝓportioneꝫ. reliquũ aũt erit distemperatuꝫ: ⁊ de hac cõplexione dicit Haly ab. ꝑ theo. ⁊ Auic. etiã ꝙ hõ habens tẽperatã cõplexionẽ est ꝓpinquus tẽperate cõplexioni ad vltimũ: qui eꝫ vsq̨ ad vltimũ tẽperatã vix est oino inuenire in oĩb⁹ hoĩminibus nedũ aliꝫ: sic itaq̨ pꝫ ꝙ cõplexio quo ad põdus nõ cõtingit reperiri: cõplexionẽ aliquã quo ad iustitiã cõtingit. ⁊ de ista est Arist. sermo. Et ideo est mirandum de excellenti viro Auer. qui semꝑ rephẽdit Gal. de cõplexione equali: cũ ipse Arist. hic eam esse assentiat. neq̨ .n. Gal. voluit cõplexionẽ quo ad põdus vt apparuit oio inueniri: tũc .n. rõnes ꝯ ipꝫ recte ꝓcederent p̾inducte: sed tẽperatã ad iustitiam. ¶ Deinde [Aut ꝓpter.] Soluit ⁊ ꝑ assignat eandẽ cãm pme ptis q̃siti ⁊ scđe: dicens cãm vtriusq̨ sciꝫ freq̃nter egrotare ⁊ cito de leui permutari vel sanari eãdem. ¶ Deinde [Eq̃le .n.] Prosegtur ⁊ primo declarat cãm pme partis quesiti dicẽs: ꝙ illud qd̾ est tẽperatũ est equale: ⁊ qd̾ est equale simul tpe ⁊ vno patiẽ per totũ: q̃ñ si aliqua pars doluerit stati alia cõpatiẽ ei: ⁊ dolorẽ exinde sic incurrit totũ: sicut est videre: q̶ aer est subtilioꝛ aq̃: ⁊ subtilioꝛ ⁊ tẽperatioꝛ ex modica alteratiõe facta in modica pte eius alteraẽ ẽm maximã pteꝫ: qd̾ ⁊ nobis etiam ꝯtingit: q̶ vna ps cũ alia hꝫ symbolũ ⁊ affinitatẽ magnã: ⁊ quoꝝ est symbolũ: facilioꝛ sit transitus: ⁊ iõ vocauit cõmensuratũ merito Arist. tale corp⁹: ⁊ q̶ difficile est quãlibet partiũ cõseruare illesam: ideo accidit tale corpus multotiens laborare: aut q̶ corpus humanũ pre ceteris corporibus est tẽperatius frequẽtius inde aliꝫ infirmaẽ ⁊ plures modos egritudinũ incurrit. Q̶ aũt corpus tẽperatum defacili infirmeẽ declarat per suũ oppositũ .s. per corpus distẽperatũ dicẽs: corpus distẽperatũ declinãs a medio .s. a tẽperamẽto magis accedens ad aliqd̾ extremoꝝ nõ habens ad tot ptes lapsuꝫ sicut tẽperatũ: nõ cõuertiẽ cũ suis partibus: ita ꝙ vna particula patiẽte patiaẽ ⁊ totũ: cũ non sit ꝓportio in ipso perfecta sicut in corpore temperato: ⁊ ideo cõcludiẽ ipm multotiens pati. ¶ Dubitatur quoniã videẽ corpus tẽperatuꝫ minus debere pati intemperato: q̶ eo ꝙ est tẽperatum oppositũ est intemperato: igiẽ magis recedit ab egritudine: q̶ egritudo est intẽperamẽtuꝫ: sicut dicit Gal. pmo de acci. ⁊ morbo. q̃re ⁊c̃. ¶ Dicẽdum ꝙ hõ corpus temperatum aut vtiẽ perfecte sex rerum nõ necessariaruꝫ debita administratione: aut imperfecte. Et egritudo similiter aut causaẽ a causa interiori aut exteriori. si aũt vtaẽ eis vt decet: minime egrotat ⁊ maxime a cã interiori: q̃ñ natura eius tẽperata digestioneꝫ perfectam celebrat ⁊ superfluitatũ expulsionem: ꝓpter qd̾ prohibẽtur fieri morbi. Si aũt vtatur indebite sex rebus nõ naturalibus. Dicendum ipsum pre aliꝫ egrotare ⁊ maxime a causa interiori: ꝓpter corruptionẽ regiminis ⁊ passibilitatem ipsius. Et tunc ad argumentũ: est oppositum intemperato ⁊ egritudini: diciẽ ꝙ verum est: dum eius temperamentũ ex administratione sex reꝝ cõseruatur: sed hoc est difficile valde: cum plura ad hoc requiranẽ: ⁊ difficili⁹ est ẽm Aristo. plura q̃ȝ vnum conspicere. Etsi dicat Gal. in thegni. de causis ipsum non indigere mediente hoc veritatem habet cum potest rebus illis sex debite vti: sed multotiens fit trãsmutatio ad alia sicut apparet in secunda parte affoꝛismoꝝ: neq̨ valet quod a q̃busdaꝫ hic dicitur: in passionem de leui incurrere: tamẽ ꝓpter virtutem fortem minus ⁊ rarius patitur: quoniã virtus non operatur in corpore nisi mediante complexione ⁊ instrumẽto: etsi complexio ⁊ instrumentum sit passibilis: de necessitate: ⁊ virtus. ¶ Deinde [Propter quod.] Declarat causam secunde partis quesiti dicens: ꝙ corpus temperatum cõmunicat omnibus partibus suis cõmunicatione vehemẽti: ideo defacili ⁊ cito permutatur a praua eius dispositione ad sanitatem: quoniam cum passio vni parti contingit: distribuitur statim in omnes: ꝓpter qd̾ minoratur ⁊ de-

Dubium. — Solo. Cõplexio duplex. — Dubium. — R̃ñso.

struitur: ceu ostendit cancer particularis passio partis incurabilior existens lepra que est cõmunis toti: diuisio enĩ semper est via in destructionem: propter quod corpus cito permutatur a passione ad sanitatem: et hoc declarat per corpus distemperatum sibi oppositum dicens: ꝙ corpus distemperatum in quo vna pars non cõmunicat sufficienter alteri: nec omnes toti cum egrotat: cum difficultate et tarde sanatur: eo ꝙ passio recepta in vna parte non distribuitur in alias neqȝ in totum: immo vehemens remanet in parte impressa.

Nota ex diuisione colligi destructionẽ

¶ Problema. XXIII. Antiqua.



Propter quid laborans qdẽ magis in planis ꝙ̃ in nõ planis. Uelocius aũt ambulat planiciẽ ꝙ̃ nõ planiciẽ? Aut qȝ laboriosissimũ qdeȝ est nõ semper in nõ plano gressu magis. Uelocius aũt ambulant vbi inequali tẽpore minor est superior motus: in plano aũt parua eleuatio et frequens: in nõ plano autẽ ecõtrario. Qđ aũt p singulã vis factũ: multũ fit per multas. Noua.

¶ Cur equalibus ꝙ̃ inequalibus locis magis fatigari solemus. Ocius autem iter equale ꝙ̃ inequale expedimus? An ꝙ minus laboris tum est cum non assidue habitu eodem mouemur: quemadmodum ingressu equabili potius agitur. Ocius vo ingredimur: cuȝ vbi minus pari tempore attollimus. Ergo per locum equalem vsus attollendi exiguus est atqȝ frequens: per inequalem autem econtrario. Quod vo p singulos gradus paulum redditur multum id per multos demum exultat.

Repetit vigesimũ pblema et dicit. q̃re est etc. ¶ Deinde [Aut qȝ.] Soluit. et pmo videt magis exponere et verificare questionem suaȝ dicens: ꝙ laboriosum est et difficile valde ambulare per plana: propter non pmutare figurationem membrorum: non tamen semper: quia quando ambulatio fuerit breuis: non est laboriosuȝ: sicut dictuȝ est in primo problemate: sed in ambulatione que est per non planum. i. monticulosum magis est laboriosum: dũmodo fuerit ambulatio breuis: si autem fuerit longa non semper est laboriosum: et sic ista expõne tangiẽ sentẽtia primi pblematis: et ideo. ¶ Deinde [Uelocius.] Manifestat secũdam partẽ quesiti dicens: ꝙ citius perambulatur planum ꝙ̃ monticulosuȝ supposita equalitate tẽporis: et hoc est qđ dicit ꝙ in tempore equali et motu eq̃li minor est motus superius: vt in monticulosis ꝙ̃ per planum. Et fortassis propter istaȝ conditionem verificatiuã sui sermonis repetit problema: non eniȝ fuit superius posita. ¶ Deinde [In non plano.] Assignat causam predictorum sicut dictum est in decimo caplo et patet.

¶ Problema. XXIIII. Antiqua.



Propter quid descendentes qdeȝ per valles femora magis dolemus: ascẽdentes aũt crura. Aut qȝ ascendentes qdẽ in eleuando corpus. Totũ naqȝ corpus fit põdus. Cui igiẽ totũ adiacet et quo leuamur: hoc maxime dolet: crus aũt hoc: pl[...] mam enim longitudinẽ habet: et nõ sicut pes latitudinẽ habet: pter qđ mouetur. Quare sicut scapula põdera mouemus: et in hoc habemus: igiẽ et dolemus scapulam maxime. Descẽdentes aũt in declinando corpus deorsum et expellendo extra naturã dolor est: quare in quo maxime inclinaẽ et eleuaẽ: hoc habet dolorẽ. Crus quidem igiẽ manet: pondus autem pectus fit: femur autem recipit et moueẽ propter id ꝙ longitudinem habet: et vertitur desuper inquantũ thorax inclinatur. Noua.

¶ Cur femora in descendendo tibie in ascendendo laborant? An labor in ascendendo est quia corpus attollitur. Fit enim vt totum corpus nobis oneri fit. Itaqȝ cui totum incũbit: et quo totum attollitur: id precipue premitur atqȝ laborat: hoc autem tibia est. Postremam enim hec longitudinem tenet: nec modo pedis latitudinem aliquas sortitur. Unde fit vt hoc minus se valeat stabilire: itaqȝ vt humeris ita tibijs põdus sustinemus. Laboremqȝ ob eam rem quo humeris maxime affici solet: tibia quoqȝ pati incresse est. At in descendendo quoniaȝ corpus deorsum se defert propellitqȝ contra naturaȝ: hinc labor et vexandi ratio prouenit. Itaqȝ laborem huic precipue admouet cui incũbitur qđqȝ vexat. At qui tibia manet thorax ponderi est: femur sustinet atqȝ vacillat eo ꝙ et porrectum in longitudinem est et superne versatur qua scilicet thorax procumbit.

Repetit 19m problema ad maiorem declarationem: et non videtur differre: nisi quia vbi illic dicit genua hic dicit crura. et querit. q̃re etc. ¶ Deinde [Aut qȝ.] Soluit. et pmo assignat cãȝ scđe partis quesiti dicens ideo esse: quoniam quãdo ascendimus ad summa eleuamus et deferimus sustentantes totum corpus sursum: sicut vnum graue pondus: tunc igitur illud cui huiusmodi pondus insistit: et illud quo leuatur: potissime dolorem incurrit: sed crus est illđ in homine. igitur etc. et merito crus debet dolere: quia est longum valde modicum habens latitudinis: non enim est aliqua pars corporis in homine habens ossa ita longa sicut crus: neqȝ etiam tantam subtilitatem respectu sue partis et officij eius: non enim habet latitudinem sicut pes habet: in quo potest fulciri ẽm multiplicem partem: et ideo non incurrit dolorem: sicut crus: propter quem pedem moueẽ corpus et fulcitur intra: motus tamen a crure et fulcimus superius in eo pes mouetur. ¶ Deinde [Quare sicut.] Declarat quod dictum est de cruris dolore in simili dicens: igitur sicut nos deferimus pondera fulcita in scapula: ita similiter deferimus totum corporis pondus fulcitum in crure: propter quod sicut dolemus scapulam maxime et precipue sinistram: quia illa nata est ad sustentandum onera: dextra autem ad mouendum magis: quoniam motus fit in dextris et fulcire in sinistris: sicut dicitur in libro de progressu animalium: ita sic et crus dolemus maxime: et pptie vltra medium versus genu. Est aũt hic intelligere per scapulã spatule locuȝ

vtriusqȝ

vtriusqz post collum lateraliter vbi pondera imponunt.
C Deinde[Descendentes.] Hic scdo assignat causaz scde
partis quesiti dicēs:qm descēdimus ad infima: eo q pon/
dus corporis inclinare facimus deorsuz paulatine ꝛ ordi/
nate impellēdo ipm: vt moueat motu ꝯtra ipsius nām:qz
cū sit graue motus eius nālis ꝛ situs est deorsum:ideo do/
lorem incurrit:qm omne qd ꝯtra nām suam mouet dolo/
rem ꝛ tristiciam causat:sicut dictū est in.9.pblemate.igi/
tur in quo magis recedit a natura sua: in illo magis dole/
bit:sz hoc est in illo in quo icuruat ꝛ eleuat:sicut in femo/
ribus.quare ꝛc.qd declarat:qm crus:als coxa quiescit in/
fatigatū in motu deorsuz:ꝛ illic pondus fatigans.s.pectus
omne qd opz ab aliquo sustentari:hoc autē femur susten/
tat:suscipit enim pondus ipsius:ꝛ cum hoc mouet:ꝛ quia
pectus longitudinē habet ideo cōuertit ad partem supio/
rem retro:vbi fit cōceptum incuruationis.Et ista qdē con
uersio sursum in parte posteriori diuersificat fm magis ꝛ
minus fm q thorax magis aut minus incuruat ad partē
anteriorē ꝛ sursum:hoꝫ aūt icuruationem ꝛ pondus incur/
uans patiuntur femora ppter qd non imerito dolent. Et
fortassis quis illud[Propter id ꝛc.] Componet cum ly fe/
mur qd superficietenus littera magis sonat: pmum tn̄ est
Pect⁹ qd artificialius magis.C Notādū est q pectus di pars cor/
poris anterior ex.12.spōdilib⁹ ꝛ.24.costis ꝛ centū ꝛ septē
musculis constituta:cuius quidem locus est a furcula pe/
ctoris sub collo vsqz ad spondiles renum:vbi fit motus ꝛ
incuruatio:cum illic iuncture sint lapse ad anterius maxi
Thorax quid. me valde.Thorax autē proprie dicit pars anterior ex.7.
spondilibus ꝛ.14.costis veris cōstituta:est enim illa pars
anterior in qua coste firmiter terminant:ꝛ mediante osse
thoracale cartilaginoso fortiter adinuicē cōiungunt:cui⁹
locus est a furcula pectoris vsqz ad gladiatam:sicut patet
per Auic.prima pmi.ꝛ Almansorem libro primo:ꝛ sic hic
videtur sumere pectus ꝛ thoracem. Femur aūt sit totum
illud quod est a spondilium extremitate pectoris vsqz fe
re ad posterioris extremum : in quo quidem continentur
spondiles renum lassarum iunctarum:ꝛ maxime vbi con
iunguntur pectoris spondilibus:in quibus fit motus ꝛ in/
curuatio: ppter quod non imerito labor ꝛ dolor in femo/
re accidit:cum fuerit ex sursum ꝛ maxime in deorsuz mo
tus:aliqñ tamen est q thorax sumitur pro pectore.vnde
Gal.in thegni tractatu signoꝝ cōiungit thorax ad partez
posteriorem fm lōgitudinem equalem methafreno.i.ad
mensuram.12.spondiliuz sicut per aliam apparet transla/
tionem.Et forte hanc diuersitatem faciunt transferentes
nō bene:cū alia translatio pectus habeat nō thoracem.

C Problema. XXV. Antiqua.

PRopter qd plus videt via eē quādo
nesciētes ambulamus : quāta quidez
est:q̄z quādo scientes:si alia similiter
habentes adipiscamur? Aut qa scire
quanta est:scire est numeruz ipsius : ꝛ plus est
semp indeterminatū determinato.Queadmo/
dum igit si sciuerit q tanta vtiqz:determinataz
necesse est esse : ita etsi nesciuerit sicut ecōuerso
paralogizat anima: ꝛ videt eē ifinita. Amplius
quantū determinatū est: ꝛ determinatū quātū
est:quādo igitur non videtur determinatuz:si/
cut infinitum videtur:propter id qd natum est
determinari. Si aūt nō fuerit determinatū infi/
nitū eē:q̄re ꝛ id qd videt nō determinari appa/
rere necesse est quodāmō infinitū. Noua.

C Cur iter lōgius tum esse videt cū ignari quan
tū sit ambulamus q̄z cū ignari:si modo res cete
re pares adsint. An q nosse quantuz sit non nisi
nosse eius numerū est:rēqz nō determinatā plu
ris q̄z determinatā eē pspectū est. Ergo queād/
modū si nosti quantū sit finitum id esse necesse
est:sic etiā si ignoras q̄si reciprocet animus ca/
uillatus oberrat infinitūqz id esse videt qd fini
tuz est. Quāobrē si quātū qdlibet determinatū
non esse putetur:velut infinitum id esse videbi/
tur:eo q aptum est:vt sit determinatum. At si
determinatū nō sit infinituz est. Ergo id quoqz
infinituz quodāmodo videri necesse est:qd de/
terminatum esse nequaquā videtur.

Quare est q qñ ambulamus viaz nobis ignotā vi
det esse nobis lōgior q̄z qñ ambulamus
viam sciētes eius quātitatē determinate: Et adycit condi
tionē verificantē suū sermonē dicēs:supposito q oia alia
sint paria preter viā esse cognitā ꝛ nō eē cognitā:hec eniz
regula in cōparationib⁹ est seruāda oibus:sicut ait Gal.in
pluribus libroꝝ:vt oia.s.sint equalia vtrobiqz nisi i eo in
quo fit cōparatio.Qr aūt oia nō sint paria sz magis adipi
scamur vnū q̄z aliud.hoc pōt esse:aut ex parte vie : vel ex
parte viantis.ex parte qdem vie vt si via ignota sit plana
vel monticulosa bene ambulabilis vel delectabilis. Co/
gnita autē ardua montuosa vel lutosa ꝛ vix male ambula
bilis ꝛ ꝯtristatiua.Ex parte qdem viantis vt si vians viā
ignotam sit fortis agilis ꝛ breuiter ad oia bene dispositus
extranea ꝛ delectabilia ꝯspiciens vel audiens in ipsa.am/
bulans autem viam cognitā se habeat ecōuerso:tunc eniz
qz nō sunt oia equalia:sed adipiscentes magis se habēt ad
vnū q̄z ad alterum:cōtingit viam incognitā breuiorez vi
deri cognita.C Deide[Aut quia.] Soluit:ꝛ pmo assignat
plus cām ex parte indeterminationis ꝛ infinitatis appa/
rentis anime:dicens ideo esse:quoniā scire quātitatez vie
determinate:est scire numerū ꝛ mensurā ipsius:vt.10.mi
liariuz:cum autē ignorat sit oppositum:sed illud qd scitur
est determinatū:qd aūt ignorat est ideterminatū:sed ide/
terminatū semp est maius determinato.quare ꝛc. ꝛ h est
qd declarat: qz sicut si sciuerit aia viam determinate esse
tantaz:habet sciam determinate quātitatis eius:ita p op/
positū si ignorauerit terminū ipsius:paralogisat seu de/
cipit.Et videt sibi q sit ifinita:qz ignotū incptuz tale est:
est ifinitū.vñ dicit:qñqz ignorātes vie terminū magis co
gitant de eo imaginantes cōtinue peruenire ad ipm ꝛ non
veniant:vnde desperāt:qm anima nostra ppter fragilita
tem corporis ꝛ desidiam:vt in plurib⁹ diffidit ꝛ tendit in
peius ꝛ vilius semper corporis mole grauata. C Deinde
[Amplius quātuz.] Assignat aliam cām ex parte indeter/
minationis magis ꝛ ifinitatis rei dicēs ipm quātū est de/
terminatū quoddā ꝛ finitū:qm pbatum est.3.phy. infini/ Tex.c.24.
tum nō esse:ꝛ pmo celi ꝛ mundi nullam fore quātitatē ifi/
nitā:ꝛ silr ecōuerso:qd est determinatū ꝛ finitū:est quātū
quoddaz:qm vnūqdqz mensurat ꝛ terminatur q̄ntitate:ꝛ
ideo dicit in predicamētis albedinem fore tantam quan/ Cap. de qu. circa me.
ta fuerit superficies:ꝛ accipias vlterius:omne qd indeter/
minatū nāliter appetit determinari.Cuz igit fuerit aliqd
qd nō appareat determinatū:videt esse sicut infinitū : eo
q natū est determinari ꝛ finiri nāliter illud appetens:nō
tamen est adhuc determinatum ꝛ finitum : cum nondum

potentia reducta sit in actum: qđ autem nõ fuerit determinatum natum determinari videtur esse infinitū. Et ideo similiter in proposito concludimus: ꝙ illud qđ est natū habere terminum ⁊ videtur non determinari necesse est infinitum aliqualiter apparere.

¶ Problema. XXVI. Antiqua.


Ropter quid femora magis q̃ crura laborant? Utrū quia prope locuꝫ est habentem superfluitatē: quare si superabundauerit per motuꝫ caliditate: attrahunt femora magis ⁊ plus q̃ tibie: aut propter id qđ innatum est magis ad femora: maxime enī dolent continui distantia. Etenīꝫ si nullam habentes superfluitateꝫ laborauerint: tum femora ⁊ lumbos dolent magis? Aut quia quemadmoduꝫ bubones fiunt vulnerati propter contractuꝫ venarū ⁊ neruoꝝ: ita ⁊ hic: prope principiū aūt est femur. Aut quia magis in eadē figura femur tibia: hoc autem laboriosius: aut quia carnosum. Quare multū quod est ſm naturaꝫ habent in seipsis. Noua.

¶ Cur femora magis q̃ tibia fatigātur? Utrum ꝙ prope absunt ab ea parte que excremētuꝫ cōtinet: itaqꝫ vbi ea pars agitata nimiū recaluerit femora expeditius ac plenius attrahere possunt q̃ tibia. An ꝙ femora continentiore cōstant natura. Laborat enīꝫ precipue propter cōtinui distractioneꝫ: quippe cum ⁊ si nullo excremento substāte fessi sumus: tamē femoribꝯ ac lumbis acrius laboramus. An q̄m inguina ꝓ ictuꝫ oriri nouimus: ꝓpter venarū ⁊ neruoꝝ societatē: ita etiā lassitudo potius in femur incumbit: qđ quidē ab initio ꝓpius abest: an ꝙ femur eadem habitus rōne fungit̄ suo munere magis q̃ tibia que qdem res laboriosior est: an ꝙ femora carnis copiam sustinent. Itaqꝫ res affatim in his inest: quā nature rōni tribuimus.

Repetit 4.m pblema particulariter ipm explicans ꝛ dicit. q̄re est ꝙ appropinquātes patiētibus ptisiꝫ obtbalmiā: ꝛ maxie hꝰ scabiē leprā morbillos ꝛ tales egritudines ꝯtagiosas p̄dictas īficiunt: dūmodo corpora fuerint talia suscipere disposita: sed appropinquātes hydropisim patientibꝰ ꝛ febres alias a pestilētialibꝰ apoplexias ꝛ alias egritudines nō occupant ab eis. Quid autē sit vnaqueqꝫ istaꝝ egritudinū notū est ex p̄ꝰ pticula: ꝛ maxime ex septimo problemate illius. ¶ Notandū ꝙ lꝫ ab egritudinibꝰ 2° enumeratis nō ꝯtingat approximātes occupari: a primis aūt maxime ꝯtigat eas patiētibꝰ. ꝗ̄ cauendū etiā est ne qs eas patiētibꝰ appropinquet diu: q2 ab vnaquaqꝫ egritudinū vapor malus exhalat ꝛ maxie materiali: cū morbus sit motus vt dictū est prius. ¶ Deinde [Aut obtbalmia.] Soluit ꝛ diuidit in duas partes: ꝛ prio assignat cām p̄me ptis dubitatiōis. secūdo infert correlarium per qȯ habet causa secūde partis dubitatiōis. 2° ibi [Propter qȯ.] Pria iteꝝ ī tres. p̄mo nāqꝫ assignat causas q̄re obtbalmia qs inficit. dicēs p̄mo cām esse q2 oculus est mobilissimꝰ ꝛ sensibilissimꝰ inter alia membra corporis cū ore etiā stomachi sicut dicit Gal. in. 6. de ac. ꝛ morbo: g gdeꝫ iter cetera potissime assimilat ei qȯ vī: ꝛ ab ipso im mutationē fm ꝙ hꝫ esse imprimēs recipit: pp subtilitateꝫ ꝛ puritatē suā passibilē: ꝛ io nocumēta que prio adueniūt corpori manifestant in oculis: pp qȯ cū īspexerit ī oculos patiētis obtbalmiā illi sibi efficit ꝛ obtbalmiaꝫ sic incurrit. Et scias ꝙ signum iudicans nobis nobilitatē oculi est ꝙ ipso physionomi magis q̄ p aliqȯ mēbroꝝ corpis iudicant de accidentibꝰ aie: tanq̄ sit pars ꝯsimilior aie. Unde Palemon ait: oculos velut flores aie fore ꝛ ipsam emicare per eos. ¶ Deinde [Aut mouet.] Assignat secūdā cām dicēs aut hoc ideo eē quoniā oculus mouet ad operationē suā exercendā que est videre a moto desup eo. s. palpebra cooperiente ipm: qȯ nō ꝯtingit in sensitiuis alioꝝ sensuū: ppter qȯ oculus sic discoopertus tersus ē paratꝰ recipere: ꝛ ideo inspiciēs in oculū īfectū: ppter obtbalmiā ex quo fumi putridi resultāt in aerē inficit maxie: ꝛ obtbalmiā icurrit in ipsuꝫ intuēs: admodū quo mulier mēstruata nouū inficit speculuꝫ: vt dī in scdo de somno ꝛ vigilia: vel mouet a moto. s. a vapore iteriori ipsiꝰ ꝛ spiritu corrupto. ¶ Deinde [Ptisis aūt.] Assignat cām 2° q̄re quis inficiat a ptisi approbādo dictum suū dicēs: ꝙ ideo patitur qs a ptisi q2 ab ea euaporat spūs. i. anhelitus prauus ꝛ corruptus plenꝰ humoribꝰ putridis fetentibꝰ pcedētibus ab vlcere pulmonis: ex qua gdē egritudine ꝛ alijs ꝯsilibꝰ pp huiduꝫ corruptū ꝛ fetidū qȯ euaporat ab eis velocissime īficiunt oēs: ꝛ maxime parati: sicut inficiunt a febribꝰ pestilentialibꝰ: ꝛ merito: q2 illi q appropinquāt patiētibꝰ hꝰ egritudines: tale vt sic corruptū īspirant: q̄le fuerit illȯ qȯ respirauerūt illi patiētes: modicā eniꝫ alterationē recipit in aere: ꝛ maxime cū fuerit illic ppingtas: ꝛ vētus oppositus cū māsionis angustia. Et ideo concludit ꝙ appropinquās talibꝰ egrotat: cū illud qȯ afficit ipm sit natuꝫ causare egritudinē. Et ꝙ ita sit pꝫ: q2 egrotat solū a vapore putrido quē expirat īfirmꝰ in aliū dispositū: queꝫ postea aliꝰ īspirās egrotat: ꝛ vlteriꝰ isti alij sic īfecti a priori egrotāte īnest: ꝙ taliter tertiū disponat ab eo qȯ erat prīꝰ. s. īficiendo ipsuꝫ eodē morbo quo infectus fuit a primo: quoniaꝫ secūdus respirat tale ⁊c. ꝛ fumū putridū fetentē queꝫ tertius īspirans postea egrotabit: ꝛ sic deinceps. Et ideo egritudines dicuntur ꝯtagiose: cum vno infecto alius inficiat

successiue. ¶ Deide [Scabies.] Ostēdit ppter quē modū scabies īficiat approximātē dicēs: ꝙ scabies sola iter predictas egritudines habet īficere p modū lepre: spēs nāqꝫ eius est quarto. 3° Fen. ꝛ hꝰ infectionum subcutaneaꝝ: sicut sunt variole morbilli ⁊c. nō eniꝫ inficit quia partes in quibus sit sint nobilissime ac sine cooperculo fiant: sicut oculus: aut quia spiritus corruptus fetidus: aut fumꝰ putridus emittatur: sicut in ptisi ꝛ fe. pestilētiali: sed hoc est quia illud qȯ defluit ꝛ emittitur a scabie ꝛ lepra similiter est humidum grossum adherens superficiale non subtile cito euaporans: quod maxime inficit ex contactu: ꝛ ideo permanens in superficie cutis taliꝫ pruritum ꝛ ardoreꝫ inducit. Pruritus eniꝫ accidit ab humoribus grossis acutis ꝛ salsis non valentibus cutem penetrare sui grossitie: sed remanentes sub ea sui acuitate ꝛ salsedine vlcerant carnem ꝛ cutem excoriant: sicut patuit in secundo probleme quinte particule. Propter quod infert correlarium in quo innuitur dubitatiōis secunde partis solutio dicēs: ꝙ propter hoc quia eadem pruriginosa vlcera antedicta sunt in superficie corporis: ꝛ propter esse viscosum ꝛ adhesiuū cui obuiat: inficiunt appropinquantes: sed alia eo ꝙ non fiunt in superficie: etiam si sint pruriginosa viscosa ꝛ permanentia non inficiunt: sicut sunt materie hydropisis apoplexie ⁊c. Similiter etiam ꝛ quedam que sunt in superficie: que cum non permaneant eo ꝙ esse ipsorum non est viscosum adherens: sed incisum ꝛ siccum de facili euaporabile non inficiunt appropinquantes: sicut est in fe. non pestilentiali: ꝛ in apostematibus extrinsecis nō venenosis. sic igitur duo requiruntur vt huiusmodi pruriginosa inficiant. Unum ꝙ esse eorum sit viscosum adherēs cui obuiat. 2m ꝙ permaneat in superficie.

¶ Problema. VIII. Antiqua.

Propter quid tristiuꝫ que sunt per auditum quedaꝫ horrescere nos faciūt: vt serra cum acuitur ꝛ punicex cū inciditur ꝛ lapis cum molitur. Signa autem passionum que sunt per visum ipsa nobis passiones efficiunt. congelantur autem dentes cum videmus acetosa comedentes: ꝛ congelatos quidem videntes infrigidantur. Aut propter id quod omnis quidem vox ꝛ sonus ventus est. Hic autem ingressus nobis aptus natus est mouere. Mouebit autem magis aut per magnitudinem: aut percussioneꝫ vehementiorem faciens: aut alterans aliquid eorum que in nobis sunt. Magis autem ꝛ lenes venti sensus ipsum locum mouent: propter quod ꝛ inuoluunt huiusmodi. Asperi autem percussionem facientes vehementem concutiunt locum: ꝛ de longe repercutiunt potentia repercussionis. Repercutiunt auteꝫ ꝛ frigida de longe. potentia enim quedam est frigiditas: ipsa quideꝫ igitur: quia horrescere facit dictum est. Asperitas auteꝫ in faciendo percussionem frequenter incidentem principio piloꝝ repellit ipsum in cōtrarium: impulso aūt necesse ꝛ sūmitatē piloꝝ ecōuerso fieri: pp qȯ accidit erigi ipsos. omnes nāqꝫ inclinati fuerūt deorsuꝫ. Motus aūt ven-

Dictū Palemonis.

Cap. ij.

Egritudines ꝯtagiose q̄ sūt.

Ex q̄ ꝯtingit pruritus.

ti qui est per auditum in corpus desuper deorsū est. Existentibus igitur asperis predictis sonis horripilatio fit vtrīqꝫ propter predicta: fiunt autem ipse magis alijs corporū ꝗ̄ in capite: propter id qđ capilli qui sunt hic infirmiores sunt ⁊ passio autem infirma. Auditu igitur existēte obtuso magis ꝗ̄ visu: superficiales ⁊ passiōes fiunt ab ipso: horripilatio autem tale est: propter quod ⁊ a multis ⁊ dissimilibꝰ fit. Visu autem manifestissimo existente sensu: proportionabiliter ⁊ accidentia fluunt ab ipso: propter quod he quidem que sunt a veritate passiones: accidit fieri ab ipso: leuiores autem. Ab auditu autem ipse quidem non: propter expectationē autē que ab ipsis est horrescimꝰ. Dolorosi. n. mali expectatio est. Noua.

¶ Quid est ꝙ nonnulla ex his que auditu tristia nobis occurrunt vt inhorrescamus efficiant vt serra cum exacuitur: ⁊ pumex cum secatur: ⁊ lapis cū mola frangitur. Que aūt note affectionum patent aspectui hec genera affectionū ipsa in nobis creant. dentes enim stupescunt cū aliquos rem acidā edentes aspicimus. Et pleriqꝫ cum hoīes laqueo suspendi vel aliter strangulari viderent ipsi defecerunt. An ꝙ vox oīs genusqꝫ omne strependi spiritus est qui nostrū subiens sensum mouere nos solet. Cūqꝫ suum motum vel magnitudine vel pulsu vehemētiore amplificauit: aliqđ ex his que nr̄o in corpore latent immutat ⁊ sepe interimit. Ergo spiritus qui ꝗ̄uis magni lenes tamen adierunt: hi sedē ipsam commouēt sentiendi: ⁊ letitia ob eā rem nos afficiunt. Asperi autem quoniam ictū inferunt vehementiorē sedem vtrīqꝫ illam concutiūt: longeqꝫ pro ictus sui facultate se porrigūt. Quod idem res quoqꝫ frigide faciunt. Frigiditas enim vis quedam est. Sed hanc horrorē inuehere posse dictum iam est. asperitas ꝟo ꝙ pulsu frequente initium pilorum concutiens in partem pellit aduersam: efficit vt pili se erigāt. Pulso nāqꝫ initio cacumen pilorum se transferat in partem aduersā necesse est. itaqꝫ fit vt pili exurgant. omnes enim deorsum procumbūt. Et spiritus quoqꝫ qui per aures corpori se insinuat de summis ad ima se defert. Ergo cum soni quos modo diximꝰ asperi sint horror vtrīqꝫ ob causam predictam moueri potest. Sed euenit vt ceteris partibus potius ꝗ̄ in capite moueatur: quoniam vt pili partium ceterarum imbecilliores sunt. sic affectus hic imbecillus occurrit. Cum ꝟo sensus audiendi ꝗ̄ videndi obtusior sit: affectus quoqꝫ hebetiores ꝑ summa errant: qui ab eo ipso proficiscuntur. Horror autē talis est: quamobrem multis ac varijs causis existit. Sensus videndi ꝟo cū omnium exquisitissimus certe sit: euenta quoqꝫ ipsa pro sua prestantia solet ingerere. Quocirca efficit̄ vt ipsi veri affectꝰ ꝓficisci ex eo possint: ꝗ̄uis ꝟo leuiores. At in sensu audiendi vt ipsos minime: sic eorum expectationem nimirum horremꝰ. Rei enī tristis ⁊ anxie expectatio existit.

Quare est ꝙ quedā de numero ꝯtristantiū nos auditu: eo ꝙ hn̄t sonos horribiles ꝯtristatiuos faciunt in nos horrorē ⁊ motum quēdā ꝑcussionis. vbi grā. sicut est sonus causatus a ferro cum acuit̄ fricādo ipsum super aliqđ durū: ⁊ a pumice scriptoris cū incidit̄: qui est corpus siccissimū porosum ex adustione vulcani factū lapideū in mare sicilie ꝓiectū: ⁊ sonus causatꝰ silr̄ a lapide cū mollit̄ ⁊ atterit̄: ⁊ sonus qdē horribilis valde serre cū acuitur. ¶ Deinde [Signa āt.] Numeratis illis que causant in nobis passionem in auditu: enumerat illa que causant passionē in nobis ex visu: ⁊ dicit q̄re est ꝙ illa q̄ prius fuerunt nobis signa passionum existentium in alijs: visu solo nobis fiunt postea cause passionum: ita ꝙ sensibiliter corpora nr̄a his imutant̄: sicut vbi grā. dentes nostri cōgelant̄ ⁊ stuporē incurrunt cū inspexerimus attente ad aliquos comedētes acetosa: ex quo etiā saliua subtilis ad os cucurrit nobis: ⁊ silr̄ dum aliqui īspiciunt vehemēter ꝯgelatos ⁊ tremētes frigiditatē icurrūt: ⁊ etiā vehemēter induτos ⁊ calescētes tēpore estiuo intuentes mouent̄ ad caliditatem. ¶ Notandū ꝙ in oībus talibꝰ aīa cōpatit̄ nō solū ꝑꝑ dispōnes corporales: sꝫ etiā ꝑꝑ affectꝰ aīales ⁊ imaginatiōes cū vehemētes extiterint: vt tactū est primo: ita ꝙ plerūqꝫ accidit vt puer assimilet̄ illi quē imaginata ē mater tēpore cōceptiōis seu receptiōis spermatis in matricē. Silr̄ ex hoc est ꝙ fortificat̄ fluxus sanguinis ei cui inest: cū res iuuet̄ rubeas attēte: ac curatio ictericie per inspectionē rez citrinaꝝ sicut dicit Aui. 14. tertij. Rursus ex hoc ꝯgelant̄ dentes: cū quis acredinē comedit: ⁊ saliua defluit etiam ab ore famelici intuētis alteꝝ comedere: ⁊ ꝑꝑ hoc ēt alter icidit dolorē illū quē aliqs patit̄: cū fuerit eiꝰ alterius imaginatio fortis: ⁊ itidē cā illius mutat̄ ⁊ alterat̄ cōplo a sui dispōne nālī: imaginādo rem quā timet: ⁊ ꝑꝑ hoc pōt hō ambulare sup trabē que est ī media via: sꝫ si posita fuerit pons sup aquā ꝓfundā: nō audebit ambulare: imagiat̄ eni in aīa formā cadēdi: ⁊ vehemēter ipsi mit̄ ei cui obedit totalr̄ nā eiꝰ ⁊ virtꝰ mēbroꝝ eiꝰ: iste tn̄ res sunt q̄s hoīes crebre abhorrēt q̄ ignorāt cās difficiles effectuū occultoꝝ: sꝫ sapiētes ꝯcedūt eas ⁊ nō negāt sic negāt illđ qđ oīno eē nō pōt. Hec igit̄ vba colligunt̄ ab Aui. 2° p̊mi. Et scias ꝙ Ari. ponit cōpassionē fieri visu ex frigido ⁊ nō sic ex calido: qꝛ caliditas est amica nāe: ⁊ fridicas vlr̄ inimica: sic vult Aui. p̊ can. ⁊ qđ est magis altero ipsimet passionē. ¶ Deinde [Aut ꝑꝑ id.] Soluit ⁊ p̊ assignat cāz q̄siti. 2° cōparat auditū ⁊ visū adinuicē penes hꝯ cōpassiones. 2° ibi [Auditū igitur ⁊c.] Primo assignat causam primi quesiti. 2° secundi. 2° ibi [Repercutiunt aūt.] Et primo tāgit maiorē sui sermonis dicēs: ideo esse: quoniam vox omnis ⁊ vniuersaliter sonus: qđ dicit quia predicti non sunt voces: sed soni cum non fiant a naturalibus animalium instrumentis: sunt cum quodam vento ⁊ motu aeris: causat enim vox ⁊ sonus motum quendam circularē in aere: sicut circulus cāntur ex ꝓiectiōe lapillo

Conſuetudinē multoꝝ euenire ex imaginatione mſa.

Cōpaſſio quo fiat.

rum in aquam: huiusmodi autem ventus quando subintrat sensitiua nostra natus est ipsa mouere ⁊ causare sensationem in illis: ⁊ per consequens passionē cū sentire sit quoddam pati: vt dictum est in 2° de aīa. Quare autem hic ventus plus moueat: hoc pōt ɔtingere aut ꝓpter magnitudinem eius mouentē aerem multū: aut ꝓpter fortem percussionem quā causat in aere: aut etiam qꝛ inducit alterationem in aliquo coꝝ que in nobis existunt: qđ fit maxie cum multus fuerit ventus. ℂ Deinde [Magis aūt.] Tangit minorem sue rōnis dicens ꝙ hꝰ venti qui fuerint suaues ⁊ mites: sicut sunt zephyri inferunt passiones mouendo ſm plures partes locum seu organū sensus: ⁊ ideo causatur ex eis inuolutio ⁊ circulatio quedā in organū sensus: cū.n. paulatine ⁊ suauiter currunt habent morulā ꝓpter quam possunt subintrare ⁊ organum perturbare: ⁊ ideo canes in zephyro minime venatiōe inueniant sicut dicit̄ in 20° caplo ⁊ sexte particule: sed vēti qui sunt asperi ipetuosi ꝑdictis oppositi causant percussionem in aerem fortem subito transeuntem vnde cōcutiunt ⁊ cōtundunt organum sensus: ⁊ per talē percussionē repercutiūt longe ab organo. vz. repercussione grādi causata ex vehemēti ⁊ subita percussione: ei.n. semper ꝓportionat̄ repercussio: ꝓp quod nō causant inuolutionem ⁊ circulationē quandā in organum sensus: cū nō subintrēt ꝓpter repercussionē longe: igitur venti suaues eo ꝙ alterationē causant in nobis ꝑuenientes ad organū auditus: magis cōpati faciūt: ad qđ etiā imaginatio mota sonitu operat̄ non paꝝ. ℂ Deinde [Repcutiunt.] Reddit causaz secunde partis quesiti tangendo etiā aliquid de imutatiōe facta auditui: ⁊ dicit primo causam esse: quoniam illa que sunt frigida de remotis causant repercussionē imprimentē in organa nostra: ⁊ merito qꝛ frigiditas est virtus quedā actiua elemētaris: cuiꝰ motus est ex circūferētijs ad cētrum: ꝓpter qđ cū talis sit motꝰ in horrore: ex hoc horrescimus ⁊ īfrigidamur sicut dictum est prius ⁊ dicet̄ amplius in sequēti particula: ita ꝙ frigiditas que fuerit aspera vehementer ɔgelatiua. ex vehementi enim geln corpus corrugat̄ ⁊ asperatur: inducendo ꝑcussionē subitā ⁊ frequētē in principio piloꝝ f. in cute in qua radicantur occurrentē: repellit ⁊ reuerberat pilos in contrariū eius qđ erant: qm̄ impulsione facta in principio piloꝝ circa cutē: necesse est pilos in sūmitate sua exteriori econtrario disponi ꝙ̄ fuissent prius: ⁊ ideo cum essent prius deorsum ꝓpensi: talis eniz vniuersaliter est situs eorum apud nos: ɔtingit ipsos erigi. Sic itaqꝫ h modo friditas erectos capillos ⁊ vir pilos reddit: sic̄ magis apparebit. 14. ⁊ 21. problemate sequētis ꝑticule. Sed motus venti ꝑceptus per auditum: cum sit sonus ex collisione aeris superingreditur substantiam corporis desursum in deorsum. intrat eniz per foramen vtrūqꝫ qđ est in osse petroso: ⁊ expanditur super 5m par neruorum cerebri

Ingressio venti nsa corpora.

qđ existit sensitiuū auditus descendēdo per nerui ramificationes vtrinqꝫ: ad cor tandem ſm Aristo. peruenit. principium.n. ventoꝝ ex superiori est latione: igitur passionez in nos inducit horroris ꝓpter dictā cām: ⁊ maxime qñ soni ꝑdicti fuerint asperius cōtristatiui rōne corpoꝝ percussorū. ℂ Deinde [Fuit aūt.] Hic scđo ostēdit in qua ꝑte corporis fiat horripilatio magis ⁊ ī qua minꝰ dicēs: ꝙ predicte horripilationes: ⁊ per ɔñs piloꝝ erectiones inde cōsurgētes minꝰ accidunt in capite ꝙ̄ alijs corpori toto eo ꝙ capilli existētes in capite īfirmiores sunt: cū nō sequātur ita motū sui ꝑncipij vt cutis: sicut alij pili: vel dicuntur infirmiores ⁊ debiliores alijs pilis rōne loci: sunt.n. expositi recipere superflua plurima: nocumentū prius qđ aduenit capiti. vnde cum passio ista horripilatiōis sit īfirma ⁊ debilis caput defendit̄ capillis ab ipsa: qđ etiā accidit: qꝛ caput cōsuetū est aeri frigido exponi: ⁊ nō sic aliud corpꝰ: ⁊ cōsueta minꝰ inferunt passionis: vt dictum est in primo particula. ℂ Deinde [Auditu igit̄.] Cōparat auditū ⁊ visuz adinuicē penes huiusmodi passiōes dicēs: qꝛ auditus est sensus obtusior ⁊ materialior visus. nō enim sic spiritualis est vt visus nec rōne organi neqꝫ medij neqꝫ obiecti: ꝓpter quod dictuz est 7° capitulo: ꝙ oculus est nobilissimus. cōpassiones ɔsurgentes ex cōpassione ꝑ auditum existunt in superficie nō sic se per ꝓfunda corporis diffūdentes: de quaꝝ numero est horripilatio: ꝓpter quod ipsa fit ex diuersis ⁊ multis sonantibus in aere: que quidē non sic fit ex multis ⁊ varijs inspectis: ⁊ quia visus est sensus manifestior ⁊ spiritualior vt dictum est: potentia eniz eiꝰ extenditur vsqꝫ ad vltimū colorum. passiones ⁊ accidentia sensui occurrentes ei ꝓportionabiliter assimilātur in eo quod est esse spirituale ⁊ manifestum: ⁊ ideo passiones ſm veritatem ⁊ nō superficiales contingit fieri ex visu: sicut patet in visione phantasmatum ⁊ horribilium etiam alijs sensibus perceptorum. Pars enim huius corporis ceteris magis est representatiua anime passiōes. Iz autez passiones per visum causate sunt veraciores passionibus auditus statim totum corpus occupantes: ipse tamen sūt mitiores ꝙ̄ ille que sunt causate ab auditu: cum non inhereant ⁊ sicco cōpacto: ita enim videtur esse de passionibus auditus ⁊ visus: sicut est de passionibus corporis temperati ⁊ distemperati: sicut eniz temperatum infirmatur sepe per compassionem quā habet vna pars cum alia: ⁊ sanatur cito sicut dictum est in. 22. capitulo quinte particule. non autem distemperatuz: sic ⁊ in proposito: passiones causate a visu cito inficiunt totum corpus: ⁊ cito separantur: in auditu autem econtrario. Et hoc est qđ dicit ꝙ passiones causate ab auditu non sunt cuz veritate: id est actu vel actualiter statim per totum corpus transeuntes: sz potius sunt future expectate ⁊ superficiales. Nam propter expectationē ⁊ moram que est ab ipsis sonis quorum motum attendimus causatur horror in nobis: prius enim videmus causatiuum soni ꝙ̄ sonum audiamus: sicut patet in lauantibus pannos cum inspiciuntur percutientes eos de longe. Et hoc est quia visus cum sit spiritualior ⁊ manifestior velocior est auditu. Huiusmodi autem horroris causa expectatio existit timoris: sicut patet in tonitruo visa prius coruscatione: quoniam expectatio mali est expectatio alicuius dolorosi ⁊ tristis: vel expecatio mali est dolorosa. ℂ Notandum ꝙ quia visus est manifestior ⁊ cōmunior sensuum nobis plures indicans differentias: non solum operatur passionem ratione sui organi in subiectū: sed etiam ratione aliorum: videntes enim adustionē aut incisionem alicuius etiam nō audientes horrescimus. similiter videntes aliquod vile fetidum causatur passio in olfatu etiam si non percipiamus fumalem euaporationē in olfatu: ⁊ similiter in gustu ⁊ tactu communiter quod in alijs non contingit sensibus.

Vide de h pmo methe. ca. primo ⁊ 2° h eni.

ℂ Problema. IX. Antique.

Propter quid congelationem dentium dissoluit portulaca: ⁊ sal? Aut quia hec quidem humiditatem quandam habent. Manifestat autem hoc malassata vel contrita: ⁊ si apponatur aliquo tempore. attrahit̄ eni humiditas. Viscosuz autem ingrediens extrahit acutum: etenī quia cognata est acuitas signat. Habet.n. aliquā acuitatez chilus. Sal ꝓo dissoluens extrahit ⁊ acumen.

¶ Problema. vltimū. Antiqua.
Propter quid autem cinis et nitrum idē? Aut quia cōstringit et nō dissoluit.
¶ Explicit septima particula.

¶ Ista duo pblemata sufficienter sunt exposita.37.et 38. capitulis.prime particule.

¶ Incipit octaua particula de his que fiunt ex rigore et horripilatione.

¶ Problema. I. Antiqua.



Propter quid rigentes liuidi fiūt? Aut quia sanguis congelatur propter frigus. Congelatus autē nigrescit propter absentiam calidi. album autē ignis. Propter quod et senibus liuescit caro maxime: quia nimiā habent caliditatem. Noua.

¶ Qua de causa liuidi qui rigent efficiūtur? An quoniam sanguis appulsu frigoris gelascit. gelatus autem nigrescit propter caloris inopiam. Albedo nāqȝ igni tribuitur. Quapropter his maximē qui etatē processerunt caro liuescit eo ꝙ calorem minimum obtinent.

Ista est sᵃ pticula in qua Ari. assignat cās euentuū ex rigore et horripilatiōe ɔtingētiū: et merito hūc sermoné facit pre ceteris subseq: cū in pcedenti nō parꝝ sit facta mētio de horripilatiōe vel horrore: qd aūt sit frigus: quid tremor horripilatio frigus etc. et quō distinguant in.29.ca. pme pticule dcm̄ sufficiēter existit. Quātū tn̄ hic spectat dico Ari. p rigorē et horripilationē ifrigidationē quādam itelligere: vt pz: qm̄ plura pblemata sub noīe frigoris ppon:t. Attēde tn̄ lector ꝙ vī rigor maiorē fridītatē iportare ꝙ̄ horripilatio: sicut patebit in.10. et in.12.cap. et in alijs. silr. ex modis pponēdi q̄sita. Ppōit.n.p̄ vnū capl'm circa rigorē di. ēs: q̄re est ꝙ vehemēter infridari colore liuido colorant. Est āt color liuidus ex mortificatiōe caloris et spūs causat' pcedēs nigrū colorē ex mortificatōe iductū sicut viridis p̄cedit nigrū ab adustiōe causatū: et hic color est silis illis q causat ex tactu plūbi sup pgameno albo: sic est ille q post ɔcussiōes remanet mēbroꝝ et pprie sub oculis: q qdē appet circa angulos oculoꝝ sepe et pcipue i mēstruatis. ¶ Deinde[Aut q:.]Soluit et pmo assignat cām huiᵘ dicēs hoc eē q: sanguis et spūs ɔgelat p vehemētem fridītatē: q qdē cū fuerit cōgelatᵘ in nigredinē vergit pp puationē calidi habētis dealbare. ignis enī. i. calidū vapore calīn cōmixtū aialis est albū luminosuꝫ. est.n. spūs qdā itercepᵗ in spmate. est.n. i spmate spūs aliqs nā pportionabilis exn̄s astroꝝ ordinatiōi: sic dic Ari. z. de gene. aialiū: et Auic. in liᵒ de medi. cordis. ait spm et effigiare vultᵘ suos ad silitudinē celestiū corpoꝝ. nō.n. calidū aialiū est ignis neqȝ ab igne hꝫ pncipiū: eo ꝙ ignis nullum generat aial: sꝫ de gimit sic ibidē vult Ari. neqȝ ēt ignis est albᵘ neqȝ coloratᵘ sic dixit Emp. cū calor sit q̄litas ɔn̄s mixtionē eltoꝝ: sic pz in lib. de sen. et sensa. nā si eēt albᵘ vl coloratᵘ phiberet stellas videri i nocte: sic dic Algazel i sua phia. ¶ Deinde[Propter qd.]Dic zᵒ ifert correlariū dicēs: et sō in senibᵘ. s. scōis vt decrepitis caro reddit liuida: eo ꝙ modicā hāt calitatē inatā eoꝝ carnē irradiantē et luminosaꝫ et albā reddentē: imo obtenebrat pp multas supfluitates aq̄sas extinguētes caloris et spiritus luminositatem.

Ex quo liuidus color i hoie etc.

¶ Problema. II. Antiqua.



Propter quid rigentes dormire non possunt? Quia omnes rigētes magis spiritum continent. Dormiens autē emittit anhelitum magis ꝙ̄ immittit: quare difficile est rigentem dormire: simul enī facere cōtraria impossibile est. Noua.

¶ Quam ob causam qui rigent maxime dormire non valeant? An quoniam qui riget spirituꝫ magis retinet ꝙ̄ laxat. qui dormit magis reddit ꝙ̄ attrahit. Facit igitur rigor vt contra agatur ꝙ̄ cum dormitur.

Quare est ꝙ vehemēter frigescētes nō pn̄t dormire. ¶ Deinde[Quia oīs.]Soluit dicēs ideo esse: qm̄ oēs frigescētes valde: ɔtinēt anhelitū plus ꝙ̄ emittāt: et sic plus ispirāt ꝙ̄ expirēt: sꝫ dormiētes ecōtrario se hn̄t: plus enīꝫ emittūt expirādo ꝙ̄ ispirādo suscipiāt: et maxie vltra pncipiū somni et modicū: et hoc quia multi fumi resoluūt ex calido fortificato in somno: quos necesse est expellere: qd expiratione perficit. Et ideo concluditur ꝙ impossibile aut difficile sit frigescentes valde dormire: cum impossibile sit simul contraria facere: qualia sunt multuꝫ fumositatis ex pectore emittere: et paruꝫ emittere: et multum retinere et parum retinere: sicut apparuit ex dispositionibus frigescentium vehemēter et dormientium. Per hās autem determinationeꝫ simul intelligo omnes circūstantias determinatiuas que ad verum elenchū requirūtur in primo elenchoꝝ notas: vt vnius et eiusdem: et vnuꝫ et idem ad idē: similiter et in eodem tempore. ¶ Notandum ꝙ duplex est causa quare frigescens magis continet spiritum ꝙ̄ emittat: quia emissioni facte exterius calidꝫ associat egrediens: et statim frigiduꝫ maius subintrat: cuꝫ expirationem necessario sequatur inspiratio. amplius propter vehementem frigiditatem in his est pauca necessitas appetens euentationem: quoniam modicum continētis frigidi: eoꝝ spiritualiuꝫ sufficit caliditatem euentare. Et propter hoc medici aiūt: et pulsus tempore frigido rariores eē tardiores atqȝ debiliores minorata necessitate appetente. Sed quia huiusmodi cause videntur supponere frigiditatem ɔtinentis: ideo est dicendū ꝙ tales dicuntur dominio frigiditatis: cuius motus est ex circumferentijs ad centrum contrahere: et quietem illic facere. ¶ Et nota ꝙ quāuis calor in frigescente congregetur interius: et in dormiente etiam: propter qd videretur alicui easdeꝫ dispositiones eos sequi: non tamen fit eodem modo quoniam in frigescente coadunat interius per viam impotētie et fuge: in dormiente autem per viaꝫ ɔfortatiōis ipsiᵘ. Potest et talis causa etiā pncipalis quesiti assignari: quoniam oportet dormientē a motu quocunqȝ modo vt vniuersaliter est dicere quiescere: cum somnus sit quies virtutum spiritualium: cū intēsione nālium: sicut vult Gal. in quarto de acci. et morbo. sed frigescentes vehemēter sunt in motu quodam tremuloso: ac si deberent spasmari. Et rigor et tremor est quidam malus motus: sicut dicit Gal. in quinto illius libri. quare etc.

Nā ipossibile est duo ɔtraria esse si in eodem subo et q̄ ēt segl ɔdictionis in dūo.

Duplex cā cur frigescens magis cōtineat spiritū ꝙ̄ effundat.

Nota

¶ Problema. III. Antiqua.

Propter qd in frigore acutiores sunt: et q egrotauerunt tristes et irati? Aut quia stipticitas facit infrigidari.

Quare est ꝙ conualescentes ex morbis et contristati et irati cum fuerint in vehemē-

ti frigore:redduntur acutiores alijs oppositis sibi vel seipsis alio tempore: vnde melancholicos adustos est videre tunc valde mobiles ꝛ excessiuos. Qz autē dicit acutiores dupliciter potest exponi:cum acutum equiuocetur ad acutum in voce ꝛ magnitudine: ꝛ etiam in saporibus sicut pꝫ primo Topi.

Cap.12. Uno modo vt accipiatur acutuꝫ pro acuto in voce: ita ꝙ tales dicuntur in frigore esse acutiores in voce:ꝛ hoc potest verificari ꝯsequēdo per oē sicut apparebit i vndecima particula. Aliter ꝛ melius vt p acutuꝫ itelligatur quedam subintratio ꝛ inclinatio praua ad passiones anime:sunt enim tales acuti insurgentes de leui in alios ꝛ in seipsos:sicut.n.acutuꝫ in magnitudine ꝛ in saporibꝰ pungit ꝛ perforat tactū ꝛ gustū:ita hi ꝓportionaliter se habēt ad illos cū qbus ꝯuersanē. ¶ Deinde[Aut quia.]Soluit.d.cām esse:qm ipsos ifrigidari seu eē in frigore reddit corpus taliuꝫ stipticꝰ ꝛ densiꝰ:eo ꝙ friditate imensa ꝯgregantur ptes corporis vndiqꝫ: intantū ꝙ corrugantur:sicut coria gallis: ꝓpter quod calor refugiens in centrū corporis adunaē ꝛ fortificaē vehementer inde:ex quo redditur acutior ꝛ mobilior.

Cur pũis corpe iracūdia dicūtur. Et ideo videmus ꝑuos viros:qꝛ eoꝝ calor est adunatus valde:eē maiorībꝰ iracūdiores vtplurimū ꝙ̄ ꝗ ꝑ dispersus ē calor.Et silr pp talez cōgregationē partiuꝫ trachee arterie:vox acutior reddiē in hyeme : si quis vult acutū hic in voce accipere:ꝛ si i ira pars caloris emittaē ad exteteriora ꝓpter vindictaꝫ:maxime tūꝫ pars retineē ebulliēs in vētriculis cordis:aduertēs futurū periculū:ꝛ ꝓcipue in tali periculo ꝛ dispositiōe

Nota. in qua frigidū nitiē cōtra calidū insurgere.Et ideo ex ira nullus vnꝙ̄ mortuus est.ex gladio aūt ꝙ̄plures pusillanimes:sicut dicit Gal.in qnto ð ac.ꝛ morbo.Acuitas quoqꝫ predicta ꝛ motus inordinatus frequenter contingit pregnantibus:non tñ ex frigore:sed ex retentione mãe menstrualis ex qua fumi eleuanē diuersi eas diuersis passionibus ꝛ desiderijs inordinatis infestantes.

¶ Problema. IIII. Antiqua.

PRopter quid athlete vehementer rigentes sunt bene se habentes? Aut quia purus ꝛ bene spirabilis habitus est: ꝛ sine pinguedine :huius autem bene passibilis habitus est ꝛ sine pinguedine. huius autem bene passibilis ab aere quando bene permeabilis fuerit ꝛ non habet caliditatem in ipso:pinguedo autem calida est nisi humectata fuerit.

Quare est ꝙ pugiles vehemēter iter alios hoies frigescūt cū bñ se habeāt.sunt.n.sani optie ꝛ fortes.Unde Yip.in pª pticula afo.appellat eoꝝ dispositionem bonam habitudinē.quasi dicat innuendo motiuum suū hoc nō debere eis ꝯtingere.¶ Deinde[Aut qꝛ.]Soluit dicēs:cām esse:qꝛ habitudo corporū pugiluꝫ est depurata ab oī superfluitate obturāte calidū ꝛ oppilāte poros ipsoꝝ:vnde est bene euētabilis vndiqꝫ.Jterū ꝓpter exercitiū forte quo vtuntur pori remanent aperti.Similiter qꝛ nihil aut modicū habēt pinguedinis ꝓpter vehemens exercitiū ꝛ acuitatē caloris:calor nō defendiē ea velut clypeo a frigido:neqꝫ ipsi ab ea calefiunt.talis aūt habitudo est nata de facili pati a cōtinēte exteriori:ꝛ maxime a frigido:cū remāserit bene pertrāsibilis ex vehemēti exercitio ipsoꝝ:ꝛ precipue qꝛ nō reperiē caliditas in ipsa:ꝛ ꝑ cōsequēs nō inerit pinguedo que causaē a calido vt dictum est in qnta particula.ipsos de se calefaciēs:ꝛ eoꝝ ꝯseruās calidū velut coopertoriū optimū.pinguedo enim cū fiat ex vnctuoso sanguinis est calida:nisi fuerit nimis humectata ꝛ aquosa ex superfluitatibꝰ admixtis facta:sicut est pinguedo illoꝝ qui supfluo vtunē ocio cū vita hūida copiosa:ꝛ sicut est pinguedo ꝙ̄rūdā mulieꝝ.

¶ Dubitaē.qꝛ dicit habitū pugilū nō hēe calitatē:qđ nō videē:sunt eniꝫ optime colorati:ꝛ fortes qđ nō nisi calido cōtingit. Dubium.

¶ Dicendū ꝓpter expositionē littere ꝙ dupliciter potest exponi.vno modo non habet caliditatē pugil in ipso.s.aere:qꝛ ꝓpter apertionē poroꝝ vapor calidus ex ipso egrediē libere:ꝛ aer nouus sine adhuc frigidus ꝛ inalteratus subintrat de facili:ꝓpter qđ nō accidit caliditatē interius quietari ꝛ humiditates vnctuosas que materia sunt pinguedinis retineri. Solutio prima expō.

2ª Uel aliter nō habet caliditateꝫ pugil in ipsomet.s.talē qualis est illa a qua generatur piguedinis mãa:nō ꝙ caliditate nō habeat que requiriē ad fortitudinē:ꝙ̄ est caliditas quodāmodo acuta purgatiua:imo plurimuꝫ habet humidi:sꝫ caliditate sopita qñtitatiua magis materie pinguedinis generatiua caret. Sic igitur patet qua caliditate sunt calidi:ꝛ qua non.

¶ Problema. V. Antiqua.

PRopter qd maxime extremitates rigescunt? Aut propter coangustationeꝫ:ꝛ pori in ipsis angusti existentes pauci sanguinis sunt. Sanguis eni calidus est.

Noua.

¶ Cur extrema corporis maxime rigēt? An ꝓpter angustiam. Foramina enim que in his insunt angusta parum obtinent sanguinis. ꝛ ob eam rem parum caloris sortiuntur. Sanguis enim calidus est.

Quare est ꝙ extrema corporis vt manus ꝛ pedes nasus ꝛ virga interdum pre alijs partibꝰ corporis potissime rigescunt.¶ Deinde[Aut propter.]Soluit dicens:causam esse stricturam viarum.quia enim pori ꝛ meatus in extremitatibus corporis sunt vehementer stricti ꝛ parui:in eis parum sanguinis continetur:ꝛ per consequens parum de calore:quia sanguis est calidus ꝛ per ipsꝫ tanꝙ̄ per principium fere calidi calefit corpus omne: sicut apparet in primo de complexionibus.Jtem alia causa est quia multum distant a corde qđ est fons caloris ꝛ vite.qđ autem intantum distat a corde:non pōt sibi calidū attrahere sufficiens:cūꝫ vnumquodqꝫ debilitetur per distare a suo principio sicut Arist.in de hystorijs animaliū. Amplius.dato ꝙ sanguis in fonte sit calidus valde : propter distantiam longaꝫ:ꝛ quia per meatus attrahitur paruos infrigidatur in via. Et istud quidem problema iam tactuꝫ fuit sexto capitulo sexte particule sub nomine stuporis.¶ Dubitatur.quia in precedenti particula dictum est rigorem accidere propter raritatem habitus corporis.hic autem ponit accidere propter coangustationem: que raritati videtur contingere contraria : sed inconueniens est contrarias eiusdem esse causas: sicut dicetur in decimo capitulo. Dubium.

¶ Dicendum ꝙ duplex est raritas ꝛ coangustatio:scilicet commensurata:ꝛ in tali vna contrariatur alteri:cum altera vt raritas sit causa infrigidationis. altera vō calefactionis vt coangustatio.non enim est tanta ꝙ sanguis ipsa exprimatur non valens ad membrum deuenire extremum. Est ꝛ coangustatio alia vehemens: quod forte nomen denotat propter quam sanguis ꝛ spiritus non permittitur ad extremum membrum deuenire: ꝛ talis per accidens causa infrigidatiōis existit:sicut ꝛ raritas:neqꝫ in hoc opponitur raritati. Solutio. Duplex raritas.

Alia solo τ de tali est sermo phi. ¶ Uel dicēdū nō esse incōueniēs vnū τ eūdē effectū fieri a diuersis causis diuersimode: τ a causis etiā per accñs: sicut patebit 19° pticula magis.

¶ Problema. VI. Antiqua.

Propter qd maxime si eleuati fuerint pedes magis rigescūt? Utrū q2 suspirāt magis. Aut quia in minori fit sanguis deorsum: quare aliud bene infrigidabilius est deficiēte calido. Noua:

¶ Cur pedes magis tunc rigent: cum suspēsi tenētur? Utrū ꝙ frigus amplius ad eos aspirat? An ꝙ sanguis in breuiorē se contrahit partem: itaq3 reliquum frigori opportunius redditur: cum calor desit.

Quare est ꝙ si pedes teneant eleuati τ protensi versus partē superiorē vel mediā nō aliquo etiā solido fulciti plus rigescunt ꝙ̄ si factum fuerit ecōuerso. ¶ Deide[Utrū.] Soluit τ assignat duplicē cām. prima pbabilis est: τ dicit ideo esse qm frigus τ venti frigidi suspirāt pedibus: id est subtus spirāt cū fuerint eleuati: vndiq3 eni eis occurrunt: qd non fit cū fuerint depressi deorsum. ¶ Deinde[Aut quia.] Assignat cām suam hic secundo dicens illud esse: quoniam sanguis in minori quantitate deorsum ad eos tendit quādo fuerint eleuati: quia sanguis est corpus graue: τ graue cum difficultate ascendit: propter quod cōcluditur ꝙ aliqua pars corporis ad quam non tendit sanguis cum sit calidus valde reddatur infrigidabilis propter defectum calidi. Et scias per oppositum cum pedes fuerint depressi directe ad inferius non fulciti: τ maxime si fuerint in motu calefiunt sufficiēter. Et ppter hoc equitantes tempore frigido relaxant staffas mouentes pedes extra vt sanguis τ spiritus tendat deorsum motu τ grauitate. vnde vnus conualescentium cui remāserat debilitas in instrumentis gressus retulit se fore curatum: eo ꝙ casu diutius in curribus equitasset. propter eni appensionem τ motum pedum calor τ sanguis descendit ad inferiora partes fortificans gressus.

Nota experimēti.

¶ Problema. VII. Antiqua.

Propter quid bolismum patiuntur in frigore τ byeme magis ꝙ̄ in estate? Aut quia bolismus quidem fit, ppter indigentiam sicci cibi. In frigore aūt τ byeme contracto existente calido in minori: hunc velocius derelinquit iterioribus: hoc aūt facto magis bolismum merito est fieri. Si autem in bolismo diffusio τ imbecillitas fit: dissolutione facta in corpore propter coadunationem calidi: qua fluxa quidem in locum qui est ciborū: ipsa nutrimentum fit corpori. Si autē ad principia anhelitus venerit: amissio vocis τ impotentia accidit: amissio vocis autem propter id quod oppilatur porus spiritus: im potētia autem propter non nutrimentum corporis τ dissolutionem. Uelocia autē τ a paucis auxilia fiunt talibus: propter principium passionis exterius fieri. Cōtrahens enim interius frigidū calidū nostrū facit bolismū. Queadmodum igitur in timore trementes τ pallētes: recedentes a periculo confestim idem ipsi faciunt: ita τ bolismum patientes modica inducētes ex pane violentia moti ex nā: non corrupto autem velox purgatio fit: idem enim cōtra distendit habitum qui est fm naturam: τ constituit in naturam. Dimittere igitur ipsam solum oportet: τ quemadmodum puerorum qui adinuicem trahunt in posterius genestras. Etenim his dimissis genestris: occidūt supini. Noua.

¶ Cur tempore frigido maxime vis illa famis intolerabilis incidat qui caninus appetitus vocatus est: τ hyberno potius ꝙ̄ estiuo? An ꝙ vitium hoc ob inopiam alimēti sicci soler accidere. Tempore autem frigido hyberno cum calor in angusta se ꝯtrahit ocius iterdum deficit alimentum. qd cū defuerit: vitium id esuriēdi accidere consentaneum est. At si in ea cibi vitiosa cupiditate resolutio ibecillitasq3 secuta est: materia statim interna corpis a collecto calore colliquescit: que si ad locū cibo a natura destinatum influxerit: pro cibo seipsam corpori applicabit: sed si spirandi sedem adiuerit: obmutescere atq3 lāguere necesse ē. Obmutescere inquam quoniam spirandi meatus intersepitur atq3 obsidetur. Languescere autem est ppter inediam consumptionemq3 corporis. Celeriter tamen paucisq3 remedijs subuenitur: eo ꝙ eius mali ortus extrinsecus est. Frigus enim calorem corporis nostri intus compellēs ac cōtrahens insatiabilē edendi illam cupiditatem inijcit atq3 intendit. Quāobrem qūo qui in metuendo tremebant pallebantq3: periculo demū liberati subito ad priorē redeunt statū. Sic etiā esurientes illi vbi parum sumpserunt panis citissime recreantur. vt qui vi paulo anāe rōne sūmoti aberrēt: nō qui penitus corrupti desciscant. Quod enim nature tenorem in partem aduersam violat: idē sue nature eundem restituit. Ergo dimisisse tantummodo sat est: quemadmodum cum aduersi inter se pueri funē enixi retrahunt. Quippe qui fune dimisso resupini protinus decidant.

Propter quid boles bolismum plus patiunt in frigore τ byeme tēpore frigido τ calido: τ in estate tēpore calido τc. ¶ Deinde[Aut q2.] Soluit τ τ p assignat cām bolismi dicēs ideo esse: qm bolism causatur ppter carentiā sicci nutrimēti terrei spissi qd est mēbro nutrimētū: quo gdē indigent membra radicalia: cū famem incurrunt: sed byeme τ frigido tēpore mēbra non possunt hic tale nutrimētū: cū oporteat illud digeri: eo ꝙ calidū pmanet contractū in seipso nimis τ minoratū: vel in minori loco ꝙ̄ expediat digōni nō cōspersum sufficienter circa loca digestionis propter superabundantiam frigoris: propter quod nutrimentum assumptum interius

derelinquit calidū: ⁊ egreditur extra cito indigestum re-
manens anteꝗ̄ in veruꝫ ꝯuertatur nutrimētū: qḋ mēbrū
actualiter nutrit: nā enim inde nullum iuuamentū pōt re
cipere calido deficiente digestiuo: quo accidēte condignū
est bolismuꝫ augmētari: ⁊ proprie in his quoꝝ calor inna-
tus debilis existit. ¶ Deinde [Si aūt.] Ostēdit termina-
tionē nāliter huius bolismi: ⁊ primo facit hoc. 2° ostendit
quō bolismus se habeat ad curā. scḋa ibi [Velocia autē.]
Et dicit ꝙ si in bolismo contingat dispersio ⁊ debilitas ca
lidi ⁊ virtutis. deīde per coadunationē calidi ⁊ eius ꝯfor-
tationē fiat liquatio ⁊ dissolutio humiditatis ꝯtracte cau-
santis bolismū: ipsa quidem liquata influit in locū digestio-
nis ciboꝝ: ita ꝙ ꝯuertit̄ in nutrimentū corporis: aut fluit
ad ṗncipiū anhelitus: vt ad tracheā arteriā ⁊ pulmonem
descendēdo ex supioribus ad inferiora: ⁊ tūc causat abla-
tionē vocis: eo ꝙ oppilat meatū per quē fit anhelitus: qui
est necessarius in voce: sicut dicit Gal. in 4° de iterioribus.
propter qḋ ⁊ aliquando suffocat subito: aut si non causat
ablationē vocis omninā: causat tñ debilē vocē: vel dbilita
tem corporis: eo ꝙ nō cedat in nutrimentū eius: sed spar-
gitur liquata super organa virtutum: ipsa in suis īpediens
Dubium. operatioibus. ¶ Dubitat̄: qm̄ dicit bolismuꝫ fieri ꝑpter
indigentiā sicci cibi: ⁊ dicit in eo fieri liquationē ⁊ dissolu-
tionē humiditatis: ⁊ sic videt̄ a cā humorali cōtingere: cū
tñ Gal. dicat in 2° particula afo. bolismum ex sola frigidi
Solutio. tate exteriori causari. ¶ Dicendum: ⁊ gratia hui⁹ notan-
dum sicut dicit Auic. 13. tertij. ꝙ bolismus dicitur fames
vaccina: ⁊ plerūqꝫ ipsam antecedit fames canina. Nomē
Bolism⁹ qd ⁊ vnde sit. aūt bolis dicit assūptionē q̄si vnius boli: statim eniꝫ vno
vel duob⁹ bolis assumptis residēt satiati ꝑpter infectio-
nē oris stomachi. Unde Auic. dicit bolismū esse famē mē
broꝝ cū saturitate stomachi. Eius quidē causa est malitia
cōplexionis mortificātis virtutē sensibilē ⁊ attractiuam:
qḋ multotiens euenit iter agētibus in frigore: ⁊ cōgelatis
quoꝝ stomachi vehemēti frigore īspissantur: sic etiam ex
humoribus tegētibus ipm̄: ⁊ sparsis in villis eius. Scien-
dū etiā qḋ sub bolismo etiā possumus cōprehēdere appe-
Appetit⁹ canin⁹ vñ oritur. titū caninū. quādā eni est appetitus caninus: sicut pꝫ ibi per
Auicē. qui causat̄ a frigiditate exteriori fortiter constrin-
gēte ⁊ īspissante villos stōchi: sicut accidit pegre ꝓficiscē-
tibus in frigore vehemēti: velut piscatoribus videmus ēt
accidere. Tunc ad obiectū dicendū est pro tanto illud di-
xisse Gal. qꝛ multotiēs euenit ꝙ causat̄ a frigiditate exte-
riori: raro tñ a causa humorali. Vel pōt dici ꝙ illa cā hu-
moralis nō inducit bolismū: nisi ꝑpter frigiditatē multā
quā primo acq̄siuit a causa primordialr exteriori. Et hoc
etiā videt̄ velle Arist. cum dicit statim principiū passiōis
extra fieri: ita ꝙ corpore īfrigidato ⁊ maxīe ore stomachi
priuat̄ cibus frigidus ⁊ terrestris digestiōe: ⁊ sic eius acci
dit indigētia: nō enim nutrit corpus: sed aut egredit̄ exte-
rius relinquēs ipm̄ frigidum: aut in malos ⁊ frigidos con
uertit̄ humores. ¶ Deinde [Velocia.] Ostendit quō bo-
lismum patientes se habeāt ad curationeꝫ dicens primo:
ꝙ patientib⁹ bolismū veloces sunt curationes: que a pau-
cis generibus medicinaruꝫ ⁊ modis fieri possunt: ⁊ ꝓprie
in principio anteꝗ̄ humiditas reddat̄ frigore vehementi
cōpacta. Qḋ accidit eo ꝙ principiū passiōis istius fit a cā
exteriori: qḋ aūt est ab exteriori citius ⁊ leuius pōt remo-
ueri ꝗ̄ id qḋ fit a causa interiori corpori imiscata. Causa
vō exterior primitiua fuit frigidū. ipsuꝫ eni cōprimēs im
pellendo calido nostri corporis interius causat bolismum
vel reddēdo ipsum cōtractuꝫ ⁊ minoris loci occupatiuū.
Nota. ¶ Notandū est ꝙ cura appetitus canini ⁊ bolismi cū plu
rimū in causis ⁊ locis cōmunicēt: ita ꝙ ex appetitu cani-
no multotiēs peruenitur ad bolismū: est fere per eadem:

vt per calida abstersiua: vnde Hippo. in secunda afo. par-
ticula. ponit curā eius fieri per potū vini puri potentis an
tiqui: sicut vult Gal. ibidē cum dixit. potus indigentiā sol
uit. Rursus sciēduꝫ est ꝙ lꝫ dicat Aristo. passionem cito ⁊
a paucis curari cuius principiū est exterius: hoc veruꝫ est
in principio: cū nondū impressit. nō autem in ꝓcessu quā-
do causa exterior iaꝫ malā complexionē impressit in na-
turā: aut aliquem modū egritudinis aliū: ⁊ maxime si im-
pressum fuerit mala cōplexio sicca: cū habeat contrariuꝫ
debile: vt humidū: ⁊ curatio fiat per cōtrariū equipotēs.
¶ Deinde [Quemadmoduꝫ igitur.] Declarat per simile
quomō passio hec ⁊ vniuersalr omnis cuius principiū est
exterius cito ⁊ de facili possit curari: ⁊ primo facit hoc di-
cēs: sicut trementes in timore periculi: ⁊ pallidi effecti: sta
tim cū recesserint a periculo operātur idem qḋ prius. i. re
uertuntur breuiter ad suā dispositionē naturalē in omni-
bus: dūmodo timore periculi nō imprimatur mala dispo
sitio in nām. similr̄ est de illis qui patiuntur bolismū. sūe
enim tales semoti aliquantulaꝫ a natura sua ꝑpter quan-
dam violentiā illatam eis a frigore: propter quod leuius
possunt curari: ⁊ cito: cum principiuꝫ eoꝝ naturale ⁊ vir-
tus corporis regitiua que curat morbos sm̄ Halyab. per-
manet salua: nō enim indigēt nisi modico panis vel alicu
ius abstersiui calidi digestiui. ⁊ hoc si littera sit ex pane: si
vō habetur ex pauciolētia: ita ꝙ sit nomen compositum
ex pauore ⁊ violentia: tūc pōt dici ꝙ tangit adhuc simili-
tudinem in dispotione timentiuꝫ: vel etiā ꝙ tangatur ap-
plicatio ad propositū: vt dicatur bolismū accidere ex pa-
uore violētia facta a friditate. i. a modica violētia amoti
sunt a natura sua simili illi que cōtingit a pauore. Et ideo
quia ex hoc non corrumpit̄ nature ṗncipiū facilis fit pur-
gatio seu curatur a bolismo cū modicum sint moti a natu
ra sua ex frigiditate continentis. ¶ Deinde [Qḋ enim.]
Hic secūdo ꝓbat ꝙ velox fiat curatio talium dicēs ṗmo
ꝙ illud sicut aliqua causa extrinseca leuis qḋ modicū ex-
tendit habitū naturalem: ⁊ permutat ecōtrario sue natu-
ralitati oino: ⁊ postea iteꝝ mutatū reducit in priorem ha-
bitum naturalē gratia fortitudinis totius regitiue: nō opꝫ
nisi dimittere ipsi nature: ⁊ nō imiscere se multū de medi
cinis: solū. n. ordinet̄ recta dieta nature: qꝛ ipsius est cura-
re: ⁊ nō medici sicut dicit Jo. Mesue in principio de sim
plicibus medicinis. ⁊ ideo dicunt medici ꝙ nā pōt parua
remouere peccata absqꝫ ministri auxilio. ¶ Deinde [Et
quēadmodū.] Declarat hoc in quodaꝫ simili dicens: ꝙ sicut
habētes capillos insimul trahentes: velut subiugalia sub-
iugo trahūt simul ad vnā partē tendētes: siue superi⁹ aut
īferius siue alio modo ducantur ab hoībus: qui in talib⁹
cognoscunt: eo ꝙ occulte faciunt hoc genestris: vt reputen
tur natura tales: ⁊ sic pulchriores quas immittūt capillis
in parte posteriori: quibus faciunt eos tēdere ad partē eōꝫ
sm̄ beneplacitū voluntatis: ita ꝙ postea genestris dereli-
ctis diu etiā impositis capilli cōcidunt. i. redeūt ad dispo
sitionem eoꝝ priorē: ita similr̄ est in alijs opibus nature.
qñ eniꝫ cā qs a suo motu ordinato īpedit nō vehementer
illo ꝑmutato vt cō suetudine altera inducat̄ natura leui-
ter ⁊ cito ad eundē reuertitur: cum nā nō assuescat in con
trarium: sicut dicitur 2° ethico. sicut pulchre in pluribus
inducēdo Boetius 2° de cōsolatione declarat. ¶ Notan-
dum est ꝙ per genestras hic intelligo instrumētū dictum
ab eodē libro diuisionū chalamistrū quo capilli in vnam
partem contrahuntur simul vnam figuram dictam itali-
ce façara acquirentes sm̄ libitum vtentis illo: ⁊ sic figu-
rati remanēt: si quis assidue hoc vtatur: si autem non cito
reuertuntur ad priorē situm. Et forte nomen genestre so- **Genestre nomē vnde sit.**
nat quasi gerens statū ⁊ situm sm̄ libitum crispantis ca-
pilloꝝ

pillorum. Fenestra tamen proprie est virgultū quoddam oblongum sustinens plicationes sine fractura: que et alio nomine dicitur mirica et capistrum arborum: eo quod ipsa vna cum alia vincitur: que flegma vomitu euacuat et prouocat vrinam et mēstrua. Ex hoc autem virgulto sicut ex materia optime potest predictum instrumentum figurari: cum sit rectum ad oēm partem ducibile: et quidam ipm ex ferro cōponunt secundum figuram rectam circūuolutam.

ℭ Problema. VIII. Antiqua.

Propter quid pingues vehemēter pinguedine calida existēte rigescūt? Aut propter magnitudinem passionis ab interiori calido longe fiunt extrema exterioris frigidi propinqua. Noua.

ℭ Cur homines pleni admodum rigent cum tamen pingue omne calidum sit? An propter amplitudinem molis vt lōge a calore interiore distant partes extreme corporis sic prope ab extremo frigore absunt.

Quare est quod pingues multa pinguedine manātes rigorem et vlr frigiditatem incurrūt: et tangens vlterius motiuū sui quesiti dicit: non videtur: cū pinguedo sit calida vt dictū est in. 4. capitulo. ℭ Deinde [Aut pp.] Soluit dicens cām esse multitudinē passionis q est multā habere pinguedinē quā noīe passionis denotat: aut quia reddit aialia de facili passibilia et senescentia: maxime cū fuerit superflua: sicut apparet in scdo de partib⁹: aut quia in sexta est passibilis de leui: vt patuit in quinta particula: propter etenim superfluā hic pinguedinē extrema corporis superficialiter versus cutem reddunt distātia a calido interius accubante: et frigido exteriori remanentia propinqua: ipsa enim pinguedo locatur circa musculos inter cutem et concauitates interiorum: et etiā adeps in extremitatibus carniū efficitur: sicut obstaculū quoddam non permittens calorem se ad exteriora diffundere superficialia: quibus cōtinens obuiat frigidum: propter quod tempore frigido dupliciter exteriora rigescunt: tum propter frigiditatem cōtinentis: tum propter accubationem interius calidi. Est etiam alia causa quoniā pinguedine abundantes modicū habent sanguinis: et per consequens modicum caloris: sicut dictum est sepe: et tales de facili infrigidantur et extinguūtur. Unde Hippo. in secunda particula afor. ait. crassi valde secundum naturam citius gracilibus moriuntur.

Crassis inatus est pe⁹ calor ac sudor.

ℭ Problema. IX. Antiqua.

Propter quid exercitantes se difficili⁹ rigescunt nō exercitantibus se? Utrū quia pingue a laborib⁹ extractū est: hoc autem estum prestat: calidum enim pingue? Aut quia bene spirabiliora corpora et rariora propter pingue et superfluitatem extrahi: ita quod nihil cooperit frigus. Aut propter apertionē pororum sudoribus vt multa hostia aperiunt. Manifestum autem quod non idem habitus ad sanitatem et fortitudinem confert. Hic quidem pinguis: hic vero rarus videtur esse. Noua.

ℭ Cur exercitati frigus vehemētius sentiunt quam inexercitati? Utrū quoniam pingue consumptū a laboribus est: quod vtique teporem prestare potest. Calidū enim opimū est. An quod spiratiora solutioraque corpora eorum ideo sunt: quoniam pingue excrementumque omne detractum est: ita vt frigus arcere nequeāt. An quod meatibus per sudationem patefactis veluti hostia complura aperiuntur. Habitū autem non eundē sanitati et robori esse idoneū manifestū est. alteri namque pinguis alteri laxus videtur plane conuenire.

¶ Deinde [Sed non.] Manifestat exẽplariter secũdam partem quesiti dicens: sed leones cu3 non sint naturaliter mansueti sed syluestres: neq3 leopardi generati ex leone τ pardo: neq3 vipera serpens seuissimus: neq3 alia multa: sicut lepus bubo nycticorax: cũ sint syluestria possunt fieri mansueta omnino. ¶ Deinde [Aut qr.] Proposita questione τ in terminis declarata soluit: τ primo assignat causam quesiti in aialibus. scδo ostendit similiter esse in plantis. 2° ibi [Idem autem.] Item primo assignat causam in vniuersali: quare mãsueta fiunt syluestria. scδo quare syluestria non fiunt mansueta. 2° ibi [Similr autẽ.] Itẽ primo assignat causam prime partis quesiti dicens: ideo ẽ: qm̃ omne quantũcũq3 bonum τ perfectu3 a principio sue generationis leue est ipsum conuerti a natura propria τ prauum τ imperfectum fieri: cum materia existente oẽm impressionem disposita suscipere: natura nondum sit determinate appropriata ad aliquid: eo φ in fine cum quid sit propinquum perfectioni sue: τ non in principio: cũ multũ distat: natura reddiẽ operosa τ studiosa: vt eam statim possit adipisci: sicut apparet in motu grauiu3 τ leuiũ: quẽ in fine termino appropinquans magis intendat: cum sue appropinquet pfectioni: τ ideo cũ mansuetudo sit qd perfectũ: τ syluestritas quid prauũ: omnia animalia a principio natiuitatis facilius fiũt syluestria q̃3 domestica vel mãsueta. vbi grã. puer ab exordio natiuitatis facilius fit vir aut deuorans aut ira viuens q̃3 in fine pueritie: tunc incipiens cum fuerit iam adultus: τ q̃3 reddaẽ virtuosus: per ista quidem verba tetigit Arist. duas anime potentias. s. ɔcupiscibilem τ irascibilẽ: que tertie vt rationali opponũtur. puer enim factus vir τ deuorans: appetitũ sensibilem sequens gule τ veneris: potẽtiã anime imitaẽ ɔcupiscibilem τ nõ rõnalẽ. de quo dicit Arist. in primo politicorum ipsu3 esse sceleratissimũ τ syluestrissimũ sine virtute τ ad venerea τ voracitatẽ pessimum: τ similr ille qui viuit in ira τ ferocitate sicut fera: nõ potest iudicare quid bonu3: τ qd iustũ: τ quid iniustũ. qui cũ talis fuerit pessimũ redditur animaliu3. qm̃ sicut pfectum optimum animaliu3 est: sic separatũ a lege τ iustitia pessimũ. seuissima eni3 est iniustitia habens arma. ista tamen naturaliter mansueta l3 deprauenẽ τ fiant syluestria: tamẽ reddunẽ imbecilliora in syluestritate τ minus ferociora q̃3 illa que naturaliter sunt talia: cũ natura non pmuteẽ omnino. ¶ Deinde [Queadmodum.] Declarat hoc in artificialibus que sũt nobis notiora. τ p̊mo vniuersalr dicẽs φ sicut se habet in operatis ab arte. sic τ in his que fiunt per naturã. ars eni3 imitãs nãm operaẽ: ita φ ex arte tanq̃3 ab effectu in cãm possumus deuenire in cognitionem nature: sed sic est in operatis ab arte φ illa que fuerunt facta a primis artificibus ſm reuolutionem fuerũt ruditer τ turpiter ɔstructa: ita vt plura eoꝝ hodie reputẽtur praua τ turpia: sicut est eoꝝ videre lectum: quantum ad armaturam: τ tunicam quantũ ad lanificiu3: τ plantationẽ vel insertionẽ quantũ ad agriculturaz. vniuersalr vnũquodq3 aliud per aliquã septem mechanicaꝝ artificiatum: que sunt lanificium armatura: agricultura: nautica: pastoralis: theatrica τ medicina. primi enim artifices praue τ turpiter operati sunt. posteriores aũt subtiliter consequenter τ pulchre. Unde dicitur φ perdix magistrum suũ in multis subtiliauit dedalum τ cõpassum adinuenit. posteriores enim semper reddunẽ perspicaciores τ industriores: sicut vult Priscianus in maiori volumine. primi eteni inueniũt principia: qbus habitis facile est pcedere τ augere reliquu3 τ diminutere posterius: sicut dicit in fine elenchoꝝ. sed qδ ex p̊ncipijs eliciẽ non possunt illi pfecte deducẽdo hic: qm̃ impossibile est eundẽ incipere τ finire: sicut dicit Gal. in 2° de virtutibus nãlibus: qδ nõ solũ accidit in artibus mechanicis: imo τ in speculatiuis magis: cu3 sint difficiliores: sicut p3 2° meta.ce. τ in fine elenchoru3. Unde Auic. 7. sue meta.ce. omnis ars in suo exordio est cruda τ imatura: sed maturatur postea. deinde decoquitur τ pficiẽ: τ talis fuit p̊hia antiquitus apud grecos: sic enim op3 semper vnum vt pfecte inueniat ab alio adiuuari: qr nullus potest per se inuenire artes opatiuas aut cõsiliatiuas in maiori parte: qr nõ cõplenẽ nisi per iuuamentũ prioris ad sequentẽ: sicut dicit Cõmẽtator 2° metha. Cu autem plura predictoru3 sint antiquitus indecenter τ praue ɔstructa: ostẽdiẽ ex electione sapientis: qm̃ illud artificiatũ qδ est perfecte p eos ɔstructũ: si est aliqδ tale: debet eligi τ laudari ab eo: cũ tale sit omne. i. perfectũ τ totũ. Unde in p̊mo celi τ mundi. omne totu3 τ perfectũ sunt abinuicẽ indifferentia specie: sed qδ est prauũ nõ est eligere τ appropriare sed abijcere: cũ non sit omne. i. totum τ perfectum. ¶ Deinde [Aut si quis.] Declarat specialiter hoc in arte pingendi τ sculpendi dicens: φ si aliquis cõsideret cu3 diligẽtia in antiquos pictores τ imaginũ sculptores destruet τ succẽdet eorum opata: eo φ necubi nullo mõ fuerunt ingeniose τ decẽter operate: neq3 pictura neq3 sculptura: sicut fuit statua pulcherrime opata qua3 iusserũt Crotoniate componi: sicut Tullius in principio sue rhetorice veteris quã vel consimilem Gal. vocauit statuam Policleti. ad quam sicut ad

Nota. (margin, beside "rat exemplariter. Nam l3 homo")
Cap. 8. (margin, beside "Arist. in 7° ethicoꝝ")
Nota. (margin, beside "qm̃ omne quantũcũq3 bonum")

Mechanice artes quot τ q̃. (margin)

Ubi Arist. dicit agẽdas ee gratias p̊mis inuentoribus: tũ qr ngd pfecte fuerũt tum qr a eco[n]uerso equo facilius posteri iudicarent de eoꝝ inuentis τ ita facillime in veri cognitionem puenirent. (margin)

Co. t. 4. (margin)

T. c. iij. (margin)

regulā corpus hoīs mensuratū cōparauit:sicut pꝫ in the/
gni.tractatu de signis.⁊ in libris de cōplexione. ¶ Dein/
de[Similiter autem.] Pertractat causam secūde partis
quesiti dicēs ꝙ similiter natura a principio generationis
omnia praua ⁊ imperfecta ꝓducit:⁊ hoc quātū ad quedā
animalia imꝑfecta:⁊ plures etiā ⁊ plura:ꝫ non omnes fa
cit prauos ⁊ imperfectos:⁊ hoc quantum ad homines ⁊
quedaꝫ animalia perfectiora:sed studiosa ⁊ perfecta pau/
ca pōt ꝓducere eoꝝ que naturaliter sunt praua:non enim
omnia quecūqꝫ sunt praua:⁊ imperfecta etiā a principio
potest facere studiosa:cum quedā sint que nunꝙ̄ omnino
fiāt studiosa vt leones ⁊c. ¶ Deinde[Māsuetū.] Expo/
nit se dicēs ꝙ illud qđ est meli⁹ ⁊ ꝑfectius in aīalibus est
mansuetum.qđ autem est prauū ⁊ imperfectum est feruꝫ
⁊ syluestre.Et vlterius addit in declaratione dicens se nō
extimare ꝙ natura vnꝙ̄ in huiꝰ a principio ꝓducat talia
vt fiant de leui studiosa.i.māsueta:imo potius ꝯtraria:vt

Mariaz eē difficul tatē vt ani malia fe/ ra ⁊ sylue stria mitia eeadant.

ꝙ aut nunꝙ̄ fiant studiosa mansueta:aut si sint talia hoc
est cū difficultate ⁊ studio grandi:cuꝫ plurima ad hoc re/
quirant:que difficile est simul habere:nō enim hec fiunt
⁊ habent in oībus locis:sed in quibusdā virtuosis deter/
minatis:qualia sunt loca circa quartū clima tēperata:lo/
cus etenim est magne virtutis in transmutando locatum
a natura sua:eo ꝙ natura facit sicut locus vt declaratum
est in 12° cap.⁊ in ꝓcedēti de hoībus alios comedētibus:
qm̄ sicut dicit Joānes Mesue in libro de simplicib⁹ me/
dicinis auctoritate Platonis: muniuit nā naturans loca
virtutibus vt in eis sigillentur ꝓprietates plantis ⁊ aīali/
bus ſm genus suū:neqꝫ talis transmutatio ad māsuetū ⁊
perfectum fieri pōt in oībus tēporibus:qꝛ non in distem/
perantis:sed in tēporibus paris ⁊ equalitatis opꝫ fieri:qle
est tēpus veris tēperaliter se habens:in quo operationes
nature fortificant oēs ⁊ in perfectius transmutant:sicut
tactū est in ꝑma ⁊ secūda particula:⁊ in partibus sibi cor/
respondētibus tempalr. Sed qꝛ quidam libroꝝ habent
aut:⁊ nō autem.dicat tūc talia fieri ratione paritatis ⁊ cō
sortij quā habēt cū alijs māsuetis. Unde ⁊ animalia que
hominibus magis cōmiscent:minus syluestria reddunt
intātū:ꝙ aliqua fiunt mansueta omnino:sicut apparet ex
hystoria ipsoꝝ:aut hec fiunt in tēpore illo:cum in quadaꝫ
cōplexione vniuersi seu cōiunctione omnia etiam sylue/
stria reddunt māsueta vt in lōgeuis tēpoꝝ periodis:sicut
dī in libro de optima cōpositione de equalitate iustinali
scdi modi:vł fortassis qn̄ regnat amicitia oīna ſꝫ Empe.
simul ꝯiungēs:aut ſm astrologos qn̄ fortune coniungunt
in signo beniuolo signante domesticitatem ⁊ mansuetu/
dinē:qlia sunt signa ad similitudinē hominis formata:vt
qualis est ꝯiunctio Ueneris ⁊ Jouis in Libra.⁊ maxime
si illic fuerit Luna.⁊ Mars fuerit Uenere placat⁹.⁊ Sa
turnus Joue:ꝓpter cū ꝯiūctio fuerit in 11° domo.Sic igi
tur cū plura requirant:vt qđ syluestriū reddat māsuetū:
nō imerito dicit Arist.se opinari aut nunꝙ̄ aut vix praua
⁊ syluestria fieri māsueta. ¶ Deinde[Idē aūt.] Adaptat
predictam questionem terminatam in aīalibus ad plan/
tas. dicens ꝙ hec diuersitas cōtingit in oībus plantis que
in animalibus est reperta:qꝛ quecūqꝫ plantaꝝ sunt dome
stice possunt fieri syluestres de facili:vt aut non habita di
ligenti prouisione earum:aut transplantatione in regione
non propria:vt patet in vitibus sed non ecōuerso.ꝙ que/
cunqꝫ sunt syluestres possunt sic fieri domestice:imo aut
nunꝙ̄ aut vix fiunt:sicut apparebit in 12° cap.20° particu
le.⁊ in multis gn̄ibus fructiferoꝝ notum est.sed ꝙ̄uis syl
uestres plantaꝝ non possint perfecte domesticari:tamen
cum fuerint nate aut transplantate in ꝓprio loco ⁊ ratio/
ne cōtinentis ⁊ aspectus stellarum ⁊ alioꝝ:habita etiam
diligenti prouisione vel procuratione earum tūc cōtingit
eas recte se hīe ad multas virtutes ⁊ oꝑationes siles plā/
tis domesticis:ꝓpter qđ domestice plantaꝝ ⁊ etiaꝫ sylue
stres vt dictum est:si sic se habuerint:meliores ⁊ perfe/
ctiores reddent:⁊ ꝫ syluestres non fiant omnino dome/
stice:remittunt tamen ꝯ sui syluestritate.Et que sunt do/
mestice adhuc domesticiores reddunt:ipsis cultis in re/
gione ꝓpria:ꝙ̄ alie que in alia:⁊ non in ꝓpria colūtur re/
gione.Quomodo autem plante syluestres efficiantur do/
mestice:⁊ qūo domesticiores domestice fertiliores deter
minatum est sufficienter a Palladio in libro quē de agri/
cultura instituit.sed quomodo incolumiores ad visus me
dicinales reddantur dictuꝫ est pulcherrime a Mesue in
principio simplicium medicinaꝝ. ¶ Dubitatur de eo ꝙ

Dubium.

dicitur mansueta omnino fieri syluestria:ꝫ nō syluestria
omnino mansueta:cuius ꝯtrarium totaliter magis videtur:
qm̄ nā ex cōtingentibus semꝑ facit qđ optimum est:sicut
dicit in 4° de partibus:⁊ in multis alijs locis.sed optimū
est ꝙ syluestre fiat mansuetum:cum māsuetū sit melius:
⁊ ferꝝ seu syluestre prauuꝫ sicut dicit hic. q̄re ⁊c. ¶ Am/
plius ꝙ māsueta oīno non possunt fieri syluestria videtur
velle Arist.in ꝑmo de hysto.ait eni quedam semꝑ esse ani
malium domestica vt homo ⁊ mulus:quedā aūt semper
syluestria vt pardus ⁊ lepus. ¶ Dicēdum ꝙ aīalia man/

Solutio

sueta domestica de facili possunt a principio gn̄onis eoꝝ
syluestria ⁊ fera reddi:sicut declarat Phs.Qđ cōfirmat:
qꝛ syluestre est quoddam prauum.prauum autem habet

Syluestre quid.

rōnē infiniti:⁊ qđ est tale pluribus modis est fieri:bonuꝫ
autem ⁊ perfectum cōsistit in indiuisibili:nunc autem vt
dictum est mansuetū domesticū est bonum:syluestre fe/
rum prauum:sed bonū fit vno modo cum habet rationē
finiti:sicut pꝫ 2° ethicoꝝ.quare ⁊c. ¶ Ulterius sciēdū est
sicut vult Auic.ꝑ de animalibus.ꝙ animalium quedam
famulantur ⁊ domant leuiter:sicut homines:⁊ quedā qꝛ
nascūtur cū hominibus:sicut catti canes equi ⁊c.⁊ quedā
violenter vt leones:⁊ quedam non domant vt lepus:⁊ in
quibus bubo.Et istoꝝ quedam cito domantur vt homo
⁊ elephas:quedam tarde vt leones ⁊ mures.domant ta/

Leones domari vt Leporē ⁊ bubonem nūꝙ̄ do mari.

men ita ꝙ leo timet magistrum ⁊ fauet.⁊ mus visus est
tenere candelam pedibus anterioribus discūbētibus cre
ctus.Et ego vnum domesticum vidi multa facientem si/
cut catulus. ¶ Sciendum etiaꝫ est ꝙ plante maiorem ⁊
velociorem recipiunt permutationem a nā sua in dome/
sticitate aut syluestritate ꝙ̄ animalia:cum habeant terrā
loco ventris ſm Gal.in 4° de accidenti ⁊ morbo. Unde
Arist.4° de partibus ventris ⁊ intestino.potentia terra est
in animalibus:a qua ꝯtinue recipiūt alimentum cum mi
nori ꝑmutatione ipsius:sicut dictum est de transplātatio/
ne veneni 12° caplo.Unde ⁊ a socio audiui fideli qui vi/
tem ferentē racemos albos transplantatam per tractum
haliste vidit postea ferentem nigros.⁊ de hoc erit sermo
sufficiēs in 20° ꝑticula.Tunc ad ꝑmū qđ obijciebat dicē
dū est ad maiorē eius ꝙ nā semꝑ qđ facit optimū est nisi
deficiant sibi istrumēta mediātib⁹ qbus ħ fieri oꝫ:eo ꝙ
plura requirunt ad ꝑfectionē ꝑfectibilis:vt patuit in ꝓpo
sito:aut qꝛ ipediat aliquo stimulata synthomate.Uel alr
pōt rn̄deri ꝑ interēptionē minoris dicendo ꝙ nō est opti
mū simplr ꝙ syluestre ferꝝ fiat māsuetū ⁊ domesticū:cuꝫ
iā ordo ⁊ gradus tollant vniuersi. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ
Arist.itellexit aliq̄ fore aīalia semꝑ māsueta domestica si
iclinationi eoꝝ relinquant nāli:nō tn̄ negauit ꝙ nō pos/
sint fieri syluestria si vtant oppositis iclinatiōi nāli ipso/
rū:sicut regione ⁊ alijs vt tactū est distēperatis. ¶ Nōn^m
ꝙ signāter dixit Phs mulū eē domesticū aīal ipsum post

Mulum quid sit.

hominē numerās:cū gn̄ationis eius principiū ꝓcedat ab
hoīs

bois īdustria qd̄ est primordiū mā̄suetudinis τ domesticitatis. nūq̄ eni equus sue nāe relictus τ non incitatus ab hoīe τ deceptus asine ad muli generationē copularet̄.

Problema. XLVI. Antiqua.

PRopter qd hoibus qdē vmbilici magis fiunt: alijs aūt aialibus nō manifesti: Aut q2 his qdem ꝓpter multū tēpus intus manere euanescūt τ in rectū tendunt̄. Uniuersaliter autem inflant̄ vlcera. ꝓpter qd̄ quidā vmbilicoꝝ turpes τ verecūdi sunt: homo āt iperfectus egredit̄. q̄re humidi τ exangues vmbilici sequunt̄. qm̄ aūt hec qdē pfecta: hec ꝟo imperfecta oriunt̄. Signum: q2 hec quidem confestim possunt viuere. Pueri aūt indigent cura τ studio. Noua.

Cur hoiuz vmbilici ampliores: ceteroꝝ autē animātiū exigui incertiq3 fiunt: An ceteris qm̄ temporis multū gestent̄ vmbilicus arescit. inq3 directum porrigitur: deniq3 vlceribus intumescit. Quamobrem nōnulli vmbilici deformes sunt: at ꝟo homo iperfectus prodit. Itaq3 humidus atq3 sanguinolentus sequitur eius vmbilicus. Indicium cetera perfecta hominē imperfectū prodire q̄ illa statim inde ab ortu nāe viuere sua opa queunt pueri curam desiderāt. Nec seruari nisi alieno beneficio possunt.

Quare est q̄ in hoibus vmbilici fiūt plurimus extra positione manifesti: sed in alijs aialib⁹ nō fiūt manifesti sic extra sensibilr apparētes. ¶ Notādū sicut apparet in 9° de hysto. τ 2° de gnōne aialiū q̄ vmbilicus est coopꝺtoriū τ cortex qdā ꝯtinēs venas τ arterias mediantibus qb⁹ embrio nutrit̄. ipse. n. cōponit̄ ex venis τ arterijs in pāniculo oriētibus a venis paruis dispsis in supficiē matricis interius: que qdē vene dicunt̄ cotilidones: in aliqbus tñ aialibus: vt minoribus est: q̄ vmbilicus cū venis τ arterijs nō ꝯtinuat̄ cotilidonibus matricis: cum matrix eis careat plana existēs: sed ꝯtinuat̄ τ oritur a vena existe in matrice: venis autē τ arterijs vmbilici sic ortis: tūc vene ascēdūt τ penetrāt in portā epatis: arterie aūt in arteriā magnā sub diaphragmate descēdētē p dorsuz: iste āt vene τ arterie q̄ ꝯtinuant̄ cū matricis cotilidonib⁹ vel vena aliqñ sunt q̄tuor: due. s. vene τ due arterie vt in magnis aialibus. vbi grā. nobis τ bobus: sed in minorib⁹ sūt tñ due. in paruis aūt oīno vna solū: τ per has venas τ arterias sanguis venalis τ arterialis qui est nutrimētū τ cū sanguinis τ spūs embrionis transit p ipsuz sicut p cānale. Suggit̄ eni a cotilidonib⁹ matricis vel vena habētibus sphericitatē v̄sus matricē: ꝯcauitatē aūt versus embrionē. Et hi cotilidones ꝯtinue plus debilitant̄ quāto magis fetus auget̄: intātū q̄ exterminant̄ fere annihilari: τ tūc fetus pfectus egredit̄: sic. n. accidit eis sicut fructus adhe sino arbori: qd̄ fructu maturescēte debilitādo pcedit ꝯtinue: donec maturato abscindat̄: sicut vult Gal. in 6° pticula afo⁊. ¶ Sciēdū est amplius sicut me visibilis experiētia q̄pluries docuit: q̄ alijs aialib⁹ anathomiçatis nō est reperire vmbilicū ptēsuz a porta epatis τ arteria magna descēdēte penetrātē p sypbac τ myrach ad ptē supficialē cutis: quē in hoibus tā antiquis q̄ pueris reperiri: τ iueni eius figurā ad modū trianguli isochelis habētē acumen ad portā epatis τ ad arteriā: τ idē pāniculus se dilatando ad ptē sit dextrā sub penulis epatis ipm ꝯtigēs: τ costis inferius alligat̄: τ fortassis cā doloris circa epar in cursu est huius pāniculi ex cōpressione epatis extēsio. Cā aūt pmanētie in hoibus vmbilici est vt epar liget̄: τ vmbilico partes sypbac τ myrach sustētent̄: cuz figura hois sit erecta: aut etiā nā a p̄n° ꝯdidit ipm magnū valde: vt esset fortis ꝓpter teneritatē māe hois: τ maxime q2 homo fortibus τ multotiens in vtero mouet̄ motib⁹ vt apparuit supra. ¶ Deinde [Aut q2.] Soluit τ assignat p̄mo cām q̄siti dicēs: q2 in aialib⁹ alijs sicut pfectis: eo q̄ lōgo tpe pmanēt in mr̄icib⁹. plura. n. circa annū pmanēt τ ampli⁹: vt apparuit supra: euanescūt τ depereūt vmbilici: τ q2 in talib⁹ ēt vmbilicus tēdit plus ꝟm rectū: τ sic breuius occupās spatiū a mr̄icis cotilidonibus ptransit p myrach τ sypbac ad portā epatis τ arteriā magnā: sed in hoie non euanescit: τ ptēdit̄ ꝟm diametrū diagonalr̄: τ sic in longū magis: τ h̄ iō q2 q̄drupedia oīa hn̄t in mr̄icibus figurationē extēsā: ꝓpter mr̄icis formationē ꝯsilez: τ q̄ sūt sine pedib⁹ vt pisces lateralr̄ cōicent in ipsa: sed bipedia ꝯiacent circūflexa vt hoies τ aues in ouis: sicut dicit Ph̄s in 9° de hysto. ꝓpter qd̄ necesse est in eis vmbilicū minus ꝟm rectū tendere: τ p ꝯn̄s lōgiorē reddi fortiorē: q2 itaq3 pfecta aialia alia ab hoie diu pmanēt in mr̄ice: τ vmbilici coꝝ tēdūt in rectū maxime: necesse accidit vmbilicos taliuz euanescē amplius q̄ in hoibus cū τ cotilidones vt dictū est semper debilitādo pcedant quāto maior fuerit fetus in matrice mora. ¶ Deinde [Ulr aūt.] Hic ꝯfirmat ampli⁹ solonez suā dicēs: q̄ vlr vlcera vel vulnera iflant̄ τ putrefiūt: eo q̄ māe corrupte euacuant̄ in ipsa: ita q̄ qñ abrūpunt̄ τ incidunt̄ pueroꝝ vmbilici exterius lōge pēdētes: vt docet Gal. in de re. sa. quāto sunt maiores τ sanguine pleniores tāto sit maior vlceratio τ iflatio: s3 maiores sūt in hoibus q̄ in alijs aialibus: cū hō nascat̄ iperfectus mole τ ꝟtute: l3 pfectus forma. 3° de gnōne: vt pfectoꝝ plurimis nōdū euanuerat vmbilicus: iō pp p̄dicta vlcera ex icisiōe vmbilici ꝯn̄a qbusdā hoiuz vmbilici sūt turpes exterius cuz praua figuratiōe apparētes: ita q̄ hn̄tes sit ex ostensione ipsoꝝ verecūdari. Qz āt talia vmbilicis icisis eueniāt testat̄ Hipp. in 3° pti⁹ afo⁊ dicēs. Nouiter genitis vmbilici flegmones ꝯtingē: qd̄ nō est mirabile ex icisionis vicinitate: sicut ibidē subdit Gal. qd̄ alijs nō ꝯtigit aialib⁹: nō eni tāti fiunt coꝝ a natiuitate vmbilici. Et scias q̄ si hēt̄ vlr aut: τ nō āt maioris esset snie Ph̄s: vt hic diceret̄ aliā cāz assignare: τ tūc vlr p̄cedēti clausule ꝯiūgeret̄. ¶ Deinde [Signū āt.] Quia dixerat hoiez iperfectū nasci declarat illd̄ dicēs: qm̄ alia aialia τ maxime q̄dā aues ꝯfestim post natiuitatē pn̄t p se viuere τ nutrimētū acquirerē: vt p3 in 32° cap. alia āt puo tpe post natiuitatē: vel oīa aialia stati a natiuitate possūt viuē sufficiētia p se resistere ad alterationē ꝯtinētis: s3 pueri ab hoibus geniti idigēt cura puisiua grādi: qua defendant̄ ab alterātib⁹ extrisecis: τ studio quo aliūta sibi ꝯuenientia tribuant̄. ¶ Et nota sicut dicit Albumasar i p̄ itroductorio ex pte obstetrices cognoscūt p vmbilicū quot debeat mulier parere in vita: ispiciūt. n. nodos vel spatia vmbilici p̄mogeniti: τ quot nodos i ipso viderit tot dicūt eā piturā. τ si nullū viderit nullū testant̄ ab ea deinceps part: τ sicut respiciūt nodos vmbilici primogeniti: ita 2° geniti: τ sic deinceps. ¶ Dubitat̄ de eo q̄ Arist. dicit hominē a natiuitate impfectū: alia aūt nō sic. qd̄ nō videt̄: q2 cū nā nihil faciat vt ꝯtingit: imo oīa cum sapiētia τ deliberatione solēni: nō est q̄ tā pciosuz desperit sicut hoiem: τ alia dignificauerit viliora: magis pcurādo: sicut arguit Arist. 2° celi τ mūdi ꝯ ponētes stellas p orbē motū ꝓprio moueri. q̄re τc. ¶ Dicenduz q̄ natura

Circa me. umbilic' quid.

Nota

Cā pmanētie vmbilici i hominibus.

Sentētia Albumasaris obstetrices sui dere qnq3 partus futuros.

Dubium.

T. c. 59. Solutio.

sapiẽtissima hoiem nõ despexit:imo ipʒ pre alijs aspexit tribuẽdo ei animã intellectiuã:qd patet per illud psalmi. Minuisti eũ paulominus ab angelis.gloria ⁊ honore coronasti eũ ⁊c̃. qui tñ nõ possit in p̃senti per ipsaʒ actus nobiles operari ꝑpter nobilitatẽ sue cõplexionis ⁊ teneritatẽ cõpositionis:opabiť tñ breui tpe retardatus in futuro:in quo q̃dẽ tpis medio eius p̃ciuit tales parẽtes existere:qui curã ⁊ studiũ de ipso diligenter haberent.

Problema. XLVII. Antiqua.

Propter qd aialium hec quidẽ semel coeũt:alia v̾o multotiẽs: ⁊ hec q̃dẽ tẽpore anni determinato:alia v̾o qñ ɔtingit. Hõ q̃dẽ semp:syluestria v̾o nõ multotiens. Et aper quidẽ semel: domesticus aũt multotiens. Aut ꝑpter nutrimentuʒ ⁊ estum ⁊ laborem. In repletione eni est venus. Deinde ipsa quidem alicubi semel pariunt. Alicubi aũt multotiens: vt oues in magnesia ⁊ libya generant bis. Cã aũt multũ tẽpus partus: nõ eni desiderãt qñ replenť:sicut neqʒ cibo repleta. Pariẽtia v̾o minus coitũ appetunt propter id qd non fit purgatio. Noua.

Cur animantiũ alia semel coeunt:alia sepe: ⁊ alia anni tpe certo:alia nullo statuto tpe:sʒ put inciderit homini semp cõcubitus opportunus est:feris nõ sepe. Et quidẽ sues agrestes semel ɔcũbũt. Domestici sepe. An ꝑpter pabulũ calorẽ atqʒ laborẽ:quippe cũ venus comes satietatis sit:nã eadẽ alibi semel alibi sepius pariũt: vt oues in magnesia ⁊ africa pariũt bis. Cãm v̾o tẽpus pariẽdi ꝓlixius obtinet. Ubi eni se impleuerũt nõ amplius ɔcupiscũt:quõ nec cibum affectãt q̃ satiata sunt. Que ãt grauida tam esse sceperint:minus auida veneris euadũt:qm̃ mẽstrue purgationes nulla preterea veniant.

de hist. anal. lib. 8. cap. 8.

In hoc querit duas questiones circa coitum dicens: quare est ꝙ quedam animaliuʒ semel coeũt tñ: ⁊ coitum tolerant sicut plurima syluestrium:quedam v̾o coeunt ⁊ coituʒ patiuntur multis vicibus:sicut homo ⁊ plurima domesticoꝝ: vt equus ⁊ canis. Rursus quare est:ꝙ quedam animalia coeunt ⁊ coitum patiuntur tempore anni determinato:sicut vere plurima: vt patet 5° de hysto. sicut asini camelli ⁊c̃. ⁊ aues maxime.quedã tamen in decembri coeunt sicut vrsi:sicut dicitur in 6° de hysto. quedam autem circa nouembrẽ: vt auis dicta alchiones: sicut dicitur in 6° hysto. Alia v̾o indifferẽter coeunt ⁊ coitum patiũtur omni tempore. Deinde[Homo quidẽ.] Declarat illud dicens ꝙ homo coit multotiẽs ⁊ quocũqʒ tẽpore siue calido siue frigido. Sed syluestria nutrita in cãpestribus non coeunt multotiens sed semel:neqʒ omni tempore: sed determinato: vt porcus syluester solum semel contentus est coitu: ⁊ determinato tempore vt circa ver:sed porcus domesticus in domibus cum hominibus nutritus multis vicibus coit: ⁊ tempore indeterminato. Deinde[Aut ꝑpter.] Soluit ⁊ primo assignat causam ex parte maris dicens aliqua semel coire ⁊ tẽpore determinato: ꝑpter alimenti diminutionem ⁊ innutritionem ex quo parũ aut nihil supfluitatis spermatice relinquiť:

In plerisqz locis.

tum q: parum fit in se spermaticũ:tum q: fere totũ transit in nutrimentũ: ⁊ ꝑpter estum iflãmantẽ spermaticam materiã ⁊ virtutẽ dissoluentẽ: ⁊ etiam ꝑpter intensuʒ frigus sperma ɔgelans:quibus syluestria exponunť:cũ non habeant arte parata ꝓtectiua sicut domestica: ⁊ similiter ꝑpter laborem quem sustinent ꝑpter quesitum alimẽti ⁊ preseruationem ab incursoribus:omnia enim predicta inaniunt ⁊ materiã spermaticã ɔsumũt:ɔtraria v̾o replẽt ⁊ spermatis exuberationẽ inducũt: ⁊ in luxuriaʒ incitant: que in repletione ɔsistit mẽbroꝝ: in q̃bus tertia celebrať digestio:non aũt coꝝ in quibus p̊ma aut 2ª: sicut tactum fuit in 3ª particula: vnde Arist. 5° de hysto. homo maxime omni tẽpore coit: ⁊ pediseꝗ̃uʒ ɔuersantiũ cũ hominibus multa: ꝑpter caliditatẽ ⁊ bonam nutrituram. Deinde[Ipsa q̃dẽ.] Hic scdo assignat causaʒ magis ex pte femelle dicens: ꝙ ɔtr'ꝫ ex hoc habeť ɔfirmatio eius qd dictum est: qm̃ in pluribus locis aialiuʒ femelle pariunt semel tm̃ in anno:in q̃busdam aũt locis multotiẽs: sicut in magnesia que pars est africe. aut magnesia ⁊ africa in quibus oues bis in anno ꝑpter caliditatẽ mensuratã ⁊ nutrimentũ abundans atqʒ nãm illaꝝ regionum specificam ⁊ precipue africe. prouerbium eni existit ꝙ libya.i.africa semper aliquid notum habeat nutrire: sicut dr̃ in 2° de gñatione aialium. Sed ratio quare aliqua animalia coitum semel patianť in anno ⁊ semel pariunt tm̃:est longũ tempus in quo ꝑmanent impregnata anteq̃ͣ pariant: qm̃ cum animalia fuerint pregnantia nõ appetũt coire: sicut satiata alimento nõ desiderant amplius comedere. raro enim aut nunq̃ͣ se coitũ tolerat cũ ɔceperit nisi mulier ⁊ equa. vnde Arist. 4° de gñatione aialium. sola aialium ꝑgnata iterũ coitũ patiunť mulier ⁊ equa. sensibile quidẽ apparet mulierũ omni tẽpore coitum tolerare ⁊ appetere: minus tñ cum fuerit pregnans maxime ex masculo. vñ ⁊ aialia parientia ⁊ gestantia minus desiderant coire q̃ͣ alia: eo ꝙ non fiat sic purgatio supfluitatum eoꝝ per vuluã: ad quã quidẽ venientes desideriũ excitant coeundi: tempore v̾o impregnationis retineť ⁊ post partũ euanescunt diu.

Quare ad aialium semel i anno coeunt

circa fin^m

Problema. XLVIII. Antiqua.

Propter qd hoiuʒ habẽtes raros dẽtes breuis vite sũt vt in pluribꝰ. Aut q: signũ est hoc os dẽsuʒ cẽ:sicut cerebrũ ifirmũ nõ bene respirabile:q̃re humidũ esse ſm nãm velociter putrefit. Et eni alia nõ mota ⁊ exhalãtia. ꝑp qd hõ caput pilosissimũ hʒ: ⁊ mas femina lõgeuior ꝑpter nutrimẽtũ. Opʒ aũt videre ⁊ in alijs. Noua.

Cur hoies qui raris dentibus sunt magna ex parte breuioris sũt vite. An indiciũ hoc est dẽsuʒ os esse capitis. ergo cerebruʒ inualiduʒ est. q: minus fit respirationibus opportunũ: itaqʒ celeriter putret: vt qd sua natura humidum fit. Nam ⁊ cetera cũ non mouentur:neqʒ exhalãt facile corrumpuntur. quo etiam fit: vt homo capite piloso maxime fit: ⁊ mas q̃ͣ femina diutius viuit futurarũ sui capitis beneficio. An in ceteris quoqʒ idem fit cogitandum.

Quare est ꝙ hoies habẽtes raros dẽtes ⁊ minutos ⁊ distãtes valde vt in multũ ħ est vt in plimuꝫ sũt breuis vita. Dicit ãt vt in multũ: aut q: raritas dẽtiuʒ potest contingere ex paucitate mãe gñationis bene infor-

mate

mate dominante a calore nãli.qr.n.virtus īformatiua non habuit sufficienter mãm:elegit potius raros dẽtes facere nõ exterminando mãm in ipsos: vt ex ipsa pncipaliores fierent ptium. Aut fortassis dixit vt multum pseruãdo se a debito medicine regimine:quo vita põt pcendi:vel habito respectu ad corpora celestia. ℂ Deinde[Aut qr.]Soluit dicẽs:hoc ideo esse:qm hoc signo ostendit os vtriusqꝫ mandibule fore densum ⁊ cõpactum : ⁊ per ꝯñs os omne cranei est compactũ ⁊ nõ porosum:per qḋ denotat humidum nõ fuisse obediẽs sufficiẽter virtuti informatiue capiendo extensionẽ vndequaqꝫ ⁊ figurationẽ ipsi⁹ fm ipsius imperiũ:pp qḋ accidit cerebrũ īfirmari:eo ꝙ superfluum eius ⁊ sibi delatũ nõ possit plene expirare ad extra quo retẽto cũ cerebrũ sit nã humiduꝫ valde ⁊ magis humectet : inde accidit ipa psuffocari ⁊ putrefieri cito : cum mater putredinis humidũ sit superfluũ.ei etiam propter priuationẽ respiratiõis associat calidum extraneum:que due sunt cause putredinis perfectiue:sicut apparet in.4. metheo.qḋ aũt putrescit:breuis vite necesse est fieri: qḋ vo humidũ nõ inspiratum sit causa putrefactiõis cite: pꝫ nõ solum in humido supfluo nõ euacuato ex cerebro imo in humidis aquosis vniuersi: qm si quiescant imota non recipientia exhalationẽ putrefiũt ⁊ corrumpunt oĩno: sicut dictum est.52.cap.prime particule. ℂ Deinde[Propter qḋ.]Infert ex hoc correlarie dicẽs:qr hois cranium est expirabile pp multas suturas serratiles seu adherẽtes ⁊ porositates ipsius:sicut dicit in pᵒ ⁊ in 3ᵒ de hysto.fit hominẽ hẽe caput vehemẽter pilis ⁊ capillis repletum. Unde ⁊ in 2ᵒ de partibus dicitur hominẽ eẽ hispidissimũ.i.pilosissimum animalium fm caput. Est tamẽ differẽtia inter mas.⁊ fe.quoniam mas est lõgioris vite ꝗ̃ fe.nisi multo vtatur coitu:sicut dicitur in libro longitudinis ⁊ breuitatis vite:quod accidit propter melius nutrimenta digerere ⁊ superfluitates expellere : ⁊ sic diutius nutriri ⁊ viuere:p qḋ nõ itelligo nisi ꝙ humidũ est min⁹ aq̃ticũ in mas. ⁊ calo plus cõmensuratũ ꝗ̃ in fe.qḋ lõge vite est cã:qḋ quidẽ nõ solũ est in mas.⁊ fe.spẽi hũane īspicere:sꝫ ẽt in mas. ⁊ fe.aliaꝝ spẽꝝ.sp.n.mas.est lõgioris vite ꝗ̃ fe.nisi fuerit coitiuus:sicut dicitur in li.de longitu.⁊ breui.vite:vel aliter oportuit videre ⁊ considerare in aliis causis lõgitudinis ⁊ breuitatis vite in illo libro denotatis ⁊ nõ solũ inspicere cãm a nutrimẽto sumptã nisi vt deductũ est declarat. Propter qḋ aliqs fm Ari.dicet cãm aliã huiꝰ esse:qr cerebrũ mulieris est min⁹ expirabile ꝗ̃ cerebꝝ viri:eo ꝙ in craneo viri sũt tres suture serratiles ꝙ:i craneo ãt mulieris nisi vna in circuitu:sicut dic Ari.in pᵒ de hysto.⁊ i 3ᵒ. Sꝫ nũc apud nos cũ oi diligẽtia pqrẽs:craneuꝫ mulieris sic suturatũ nõ inuenio:imo oppositũ magis:vt ꝙ craneuꝫ mulieris pl'ib⁹ ẽ suturatũ suturis ꝗ̃ viri. ppẽdit.n.in craneo mlieris sutura vna a sutura coronali p mediũ ad frõtẽ ipsi⁹:qḋ nõ fit in viri craneo:audiui tñ a q̃dã vnũ vidisse sic in circuitu suturatũ:sicut dicit Arist.⁊ hoc est vnũ in quo satis hesito. ℂ Notãdũ sic scripsi I titulo quẽ de physionomia cõpilaui:ꝙ cũ dẽtes canini lõgi sũt ⁊ firmi maximeqꝫ ad exteriora tendentes:gulosus talis est malus ⁊ irascibilis porcis relat⁹ ⁊ canib⁹:cũ aũt dentes aridi hũiditate omnino apparuerint puari:egrotãtiũ mortẽ denotãt ppinquã. Amplius Aristo.2.hysto.hñtes plẽs dẽtes vt in pluribus sunt lõgioris vite:qui aũt minores ⁊ sine dentibus vt in pluribus breuioris sunt vite.

Dñs inter masculus ⁊ femiñã.

Notãdũ

ℂ Problema. XLIX. Antiqua.

PRopter quid autem quicunqꝫ sectionem que est per manũ habẽt per totũ longeui? Aut qr inarticulata breuioris vite sũt:sicut aquosa. Si ãt inarticulata breuioris vite:manifestũ qm articulata ecõtrario. Talia aũt quoꝝ ⁊ que natura inarticulata maxime articulata sunt. manus autem interius inarticulatissimum est. Noua.

ℂ Cur qui manus cesuram per totam obtinent palmam viuere diutius possint? An quoniam minus viuere possunt que carent articulis incompactaqꝫ sunt: quale genus omne aquatile est. Or si que articulata non sunt vitam breuiorem agere solent:constat contra sese habere que articulata existunt. Cuius profecto generis illa etiam sunt que cum sua natura omni articulo careant:tamen articulata nónunquam quo ad maxime licet consistunt. Manus autem pars interior penitus articulo vacat.

Quare est ꝙ oẽs hñtes ptractionẽ lineaꝝ appãrẽtes interi⁹ p totã palmã extẽsaꝝ sũt lõge vite:nõ habẽtes aũt supple sunt breuis vite:qḋ ⁊ Ari.pᵒ hysto.magis expressit dicẽs:vola est carneũ ⁊ dearticulatuꝫ distinctiõe lineis qdẽ vna vel duab⁹ p totuꝫ:alia vo translatio habet duabus vel tribus terminantibus totaꝫ palmam:his aũt qui breuis vite duabus ⁊ nõ per totaꝫ. ℂ Deinde [Aut qr.]Soluit ⁊ pᵒ declarat hoc ex comparatione facta ad animalia aquatica:ꝙ inarticulata sunt breuioris vite articulatis:dicens iõ esse:qr indistincta ⁊ non sufficienter organizata sunt breuis vite ⁊ ibecillis virtutis:sicut dicetur in.9.ca.35ᵉ particule.vbi hoc repetitur:cui⁹ ibecillitatis signũ dicit existere:qr videmus pisces ⁊ alia aquatica esse breuis vite inarticulata ⁊ minime organizata entia:si igitur sic est:tũc p rõnẽ ꝯrioꝝ articulata ⁊ multa organorum diuersitate distincta erunt longe vite ⁊ virtutis valde:cũ rõnes ꝯrioꝝ sint ꝯtrarie. ℂ Deinde[Talia autẽ.] Adaptat spãliter ad ppositũ qḋ iuentũ est in aïalib⁹ aq̃ticis dicẽs:ꝙ quecũqꝫ de nã sua sunt minus distincta:si cõtingat ipsa fore maxime distincta multis figurationibus secata:denotãt vitã lõgiorẽ ⁊ virtutem permanentiorem: sed vola man⁹ est talis:minime enim nãlr est distincta:si igit ꝯtingat eã maxie secari ⁊ distingui lineis multis manifestis valde p totã:signũ est longe vite ⁊ virtutis cõstãtie. ℂ Notãdũ ꝙ phs nõ expressit cãm oĩno huius questi:sꝫ potius cõparatõe quadã ad aquatica animalia facta declarauit: sꝫ potest ex predicto caplo imediate vtcũqꝫ haberi. Sciẽdum tamẽ prius ꝙ secatiões seu linee manifestius in vola apparẽtes sunt quatuor: preter alias multas:q̃s ꝯsiderant chiromantici:quoꝝ fundamentũ h̃ tangitur. Chiromantia eniꝫ physionomie subycitur. Istaꝝ si quidem quatuor:vna vadit per longitudinem diagonaliter vole:que causatur ex curuatura pollicis ad vole interiora. 2ᵃ tendit in latum causata ex curuatura indicis cuꝫ aliis digitis ad domesticuꝫ manus: ⁊ incipit a superiori latitudine manus. Tertia quidẽ ꝯsurgit iuxta radicem vole resultans explicatione pollicis versus digitos ⁊ plicatione manus ad interius fm longitudinem. Et iste quidem tres linee cum naturaliter fuerint protracte constituunt triangulum in palme:qui si equilatus fuerit:fidelẽ vitã ⁊ longã pdicat: ⁊ virũ amabilẽ: ⁊ famosum ostẽdit:ꝙ si pdicte linee trianguluꝫ constituentes necubi coherẽant sibi: hominẽ stultũ ⁊ luxuriosum ostẽdunt. Quarta que ⁊ mẽsalis dicitur icipit ab īferiori latere vole supra auricularẽ tẽdẽs in mediũ palme causata explicatura pollicis ꝟsus

Linee in vola quatuor sũt quibus sibi fundamẽtum psupponit chiromãtia.

domesticū manus:a qua quidē si linea apparēter ꝓtēda/
tur ad extremū palme inter indicē ⁊ mediū digitos dire/
cte:aut vlr inter duos digitos:expertus sum fluxū vētris
ostēdere ⁊ multotiēs inde moriturū. Alij aūt dicunt tales
vulnerib⁹ moritur. ❡ Si aūt ꝑdicta linea a mēsali ꝓtēsa
digitū mediū directe sciderit:audacē ⁊ ꝓbū ostēdit:quas
ēt mēsalē si multe linee sciderit iuxta ei⁹ pn^m:multa circa
frontē vulnera portēdit. Sciēdum ꝙ multa scribunt de
his vnāquāqȝ linearū paruarū cōsiderātes:quas vocāt na
turales ⁊ accidētales.primas aūt q̄tuor nāles:alias que aūt
apparēt interdū extrinsecus causate vt calore vel frigore
⁊ hꝰ q̄ nullius aut fallacis sūt indicij dicuntur accidētales
solū. Et ego quidē aliq̄n cōsideraui:in q̄bus multotiēs ve
rū inueni:magis tñ experimēto q̄z rōne fulcitū. His omissis
vlterius est dicēdū:ꝙ q̄n iste linee quatuor maxime fue/
rint per manus volā totā extense manifeste: significatur
māȝ ex qua manus ⁊ vlr totū fuit generatū:esse sufficien/
ter digestā tēperatā vniformiter extēsionē recipientem a
virtute iformatiua sibi perfecte domināte:cū itaqȝ virt⁹
iformatiua sic possit partes tā distantes a corde iformare
⁊ dearticulatiōe distinguere:denotat̄ eius fore grādis po
tentia sup cor ⁊ alia mēbra ꝑncipalia:in vitā īfluēdo:⁊ ꝙ
man⁹ bene ꝓportionant̄ cordi:cū in luba cordis exterio/
ri sint hꝰ lineales secationes velut futuras inuenire: ita ꝙ
corda articulosiora vt secationibus manifestiorib⁹ distin
ctiora insunt aīalibus magis sensitiuis:tardis autē sensu
minus sunt articulata velut porcis:sicut dī in.3.de hysto.
talis aūt nālis potētia q̄ sic manifestatur in partibus:cau/
sat vitā ⁊ eius cōtinuationē ꝑ longū tēpus. Cum aūt vole
manus predictis caruerint sectionib⁹ linearib⁹:aut imani
feste fuerint:aut vna tñ fuerit vel due:⁊ nō ꝑ totū:signifi
cant māȝ ḡnationis cōstare ex humore indigesto itermi/
nato vincēte resistēdo sup virtutē iformatiuā:⁊ iō nō pōt
volas man⁹ dearticulare ⁊ cordi assimilare:ꝓpter qđ vite
ꝑiodus breuiatur:putrescit.n.ante tēpus inordinatus hu/
Dubium. mor ⁊ iterminat⁹ ⁊ vitā tollit. ❡ Dubitat̄.q: dicit manū
interius inarticulosissimū q̄d esse:cū in ꝑ hysto.iam dictū
sit vola craneū dearticulatū distinctiōe:vnde alia trāsla/
Solutio tio participat lineatiōes manifestas. ❡ Dicēdū ꝙ iste ser
mo est cōparatiuus. Aristo.n.h ideo dicit manū interius
inarticulatissimā.idest palmā:q: in ipsa non est dearticu/
latio per distinctionē partis a parte:vt in digitis.dixit aūt
in ꝑmo hysto.articulatā ipsam attendens ad secationes
lineares in eadem apparentes.

❡ Problema. L. Antiqua.

PRopter quid homo animalium aut
solum aut maxime peruertitur:´ Aut
quia aut soluȝ aut maxime sumptiuū
in quadaȝ pinguedine fit quādoqȝ ⁊
peruerti accidit omnibus. Noua.

❡ Cur aiantiū vni vel homini vel maxime ocu/
li deprauant̄:´ An ꝙ homo vel solus vel maxi/
me morbo comitiali capi i puerili etate solet cū
certe deprauari oībus accidit.

Quare est ꝙ homo inter cetera aīalia aut solus puer/
tatur ab esse suo nāli perfecto:⁊ in iperfectum
transmutat̄:aut maxime cum nulluȝ aliorū peruertat̄ aut
minime. ❡ Deinde[Aut quia.] Soluit. ⁊ dicit causam
esse:quia ipse aut solus aut maxime iter alia animalia in/
terduȝ redditur ſm corpus eius cōsumptiuuȝ:ex dissolu/
tione cuiusdaȝ pinguedinis subtilis aeree:⁊ humidi radi/
calis:quod maxime tempore adolescentie contingit.tunc
eniȝ oībus dispositis hominib⁹ nisi cōueniēti regimine re
gantur accidit peruerti:cū tunc vita ⁊ motu maxime vtā/
tur inordinato:ꝓpter qđ plures ⁊ prauas passiones: sicut
pȝ per Gal.in 2ª particula afo.multotiēs incurrūt.vñ per
hāc ꝑuersionē intelligo istas passiōes prauas:quas hō pre
alijs illo tpe icurrit:cū etiā ꝑꝑ nobilitatē sue cōplexionis
⁊ teneritatē cōpōnis plurib⁹ prauis passiōib⁹ subiaceat q̄z
alia aīaliū:sicut pȝ ispiciētib⁹ septimum hysto. ⁊ practicas
Epilepsia quid. medicorū. Qr aūt ꝑ hꝰ ꝑuersionē itelligat̄ nocumētū cor
pus a suo eē nāli ꝑmutās:ondit̄ ꝑ Arist.32^a particula.26.
cap.vbi idē repetit̄ ꝓblema.cui⁹ cām dicit eē:q: solus po
tissime fit epilepticꝰ in iuuētute h est in pueritia:q: epile/
psia cū sit passio cerebri frigida ⁊ hūida:⁊ pueritia sit hūi
da ⁊ frigida etiam ꝓpter aggregationē sup̄fluitatis ex gu
losiitate ⁊ inordinato motu generatarū:⁊ cerebruȝ sit tunc
humidissimū ꝑcipue in ipso ꝯtiget epilepsia:cū vnūqđqȝ
mēbrum incurrat egritudines cōsimiles sue crasi de faci
li. Sed per hoīeȝ fieri sumptiuū in quadā pinguedine:in/
telligo egritudines calidas ipsius:ex quibus pinguedo ae
rea ⁊ humiduȝ radicale tēpore adolescētie maxime pro/
pter eius teneritatē ⁊ ꝯuersionē optā flāme ꝯsumitur ve/
lociter:sicut est ꝑtisis ethica ⁊ febris etiā acuta. Per epi/
lepsiam vō intelligo eas ⁊ egritudines frigidas cerebri si/
bi consimiles ex repletione cōtingentes superflua. Et for
tassis quis istaȝ peruersionē hoīs intelliget factā ex parte
aīe:q: rōnalis est:⁊ potestates rōnales valent ad opposi/
ta. Propter qđ etiā sciendū est:ꝙ maxime potest depra/
uari cū sciat a lege ⁊ iustitia recedere:sicut tactuȝ ē in.45.
caplo. ⁊ lȝ hoc sit verū:nō est ad ꝓpositū oīno sicut appa/
rebit per.26.cap.tertie ꝑticule:vbi assignat cām huius ex
epilepsia.est etiā cā sue ꝑuersionis q: ꝑlimo requiruntur
copulatiue in sui ꝑmanētia certa vt tactū est sepe.

❡ Problema. LI. Antiqua.

PRopter quid animalium homo ma/
xime fumigatur:´ Aut quia lachryma
tur maxime: fumigatio est cum la/
chrymis. Noua.

❡ Cur animātiū homo maxime fumo affici po
test:´ An ꝙ homo lachrymaȝ maxime emittit.
Fumatio autem nō nisi cū lachryma est.

Quare est ꝙ hō iter cetera aīalia maxie nocet̄ a fu/
mo ⁊ ꝓprie in oculis. ❡ Deide[Aut q:.] Sol
uit dicēs:iō eē:q: hō pre alijs aīalib⁹ maxie patit̄ lachry/
marū fluxū:ꝑꝑ teneritatē ⁊ sensibilitatē oculi:⁊ hūiditatē
cerebri sup̄fluā aquosaȝ:nūc āt suffumigatio lachrymas
excitat:ꝑꝑ acuitatē fumi mordicātē oculū mēbrorū nobi/
lissimū ⁊ sēsibilissimū:sic dcm̄ ē l.7.ca.7.ꝑtis. Et scias sic
q̄ret̄.6.ca.3^e ꝑtis ꝙ oculi q̄ magis ex fumigatiōe patiunt̄
sūt eminētes exteri⁹.ꝑꝑ.n.eminētiā acuta exteri⁹ occurrē
tia velocit eis adherēt:cū nō hēant tegumētū ꝓhibitiuū.
Itē ꝑ suffumigari oculos nō itelligo:ꝙ sꝑ h accidat a fu/
mo imo a quocūqȝ acuto mordicatiuo i vaporē ⁊ fumuȝ
resoluto:sicut ē vapor resolut⁹ a cepe synapi ⁊ hꝰ.

❡ Problema. LII. Antiqua.

PRopter quid equus equo gaudet: ⁊
homo autem hominem concupiscit:
⁊ vniuersaliter autē cognata cogna/
tis ⁊ similibus. Nō eniȝ vtiqȝ simili/
ter:aut animal bonum:desiderium autem bo/
ni quo animal:oportebat igitur bonum ꝓpriuȝ
delectabile esse.nō ꝓpo magis contristat bonus

delectabile bonum ꝛ delectabile: non autem
omnibus delectatio aut bonum est delectabi-
le: vt comedere aut bibere est delectabile alijs
ꝛ coire alijs. Noua.

Cur equus equo: homo homini: atqꝫ omni-
no cognata cognatis sibiqꝫ similibus gaudent
atqꝫ cupiunt. Non enim quia pulchrum vide-
tur. Cupiditas autem formam sequitur elegan
tiorem: Nam si id esset rem pulchram suauio-
rem esse oporteret: nunc autem contra potius
euenit. vt quia iocundum suaueqꝫ est: ideo pul
chrum esse videatur. nec omnibus res eadē vo
luptati est: nec pulchrum idem letitie: alijs enī
esse aut bibere alijs ꝯcūbere letabilius est.

Quare est ꝙ vnus equoꝝ gaudet alio: ꝛ hoīum vnus
ꝯcupiscit fore cū alio: ꝛ vl̄r est dicere ꝙ cogna
ta: ꝛ silia gaudent ꝛ ꝯcupiscūt cū cognatis ꝛ silib⁹ inquātū
talia: nō tñ eodē modo ꝛ eisdē: qꝛ equus alio mō ꝛ alijs
gaudet: ꝙ ꝛ hoīes ꝯcupiscant ꝛ nō silr de alijs fm ꝙ eoꝝ
nature sunt alie ita differēter gaudēt ꝛ delectantur: vnde
in primo ethico. dicitur delectari quidem animalium est:
vniculqꝫ delectabile id ad qḋ dicitur amicus talium: vt
puta equus amanti equū ꝓpter spectaculum amanti spe-
ctaculū ꝛc. qḋ nō solū in specie: sed etiā in indiuiduo est
Dubium. attendere. Dubitatur quoniam dicit equum gaudere
equo: ꝛ hoīem hoīem cōcupiscere: qḋ nō videtur: quoniā
gaudere ꝓprie ꝯuenit rōnalibus: concupiscere vo brutis.
Solutio Dicendum ꝙ Ari. nō curauit. vnū enim indifferenter
posuit ꝓ alio: ꝛ maxime qꝛ Arist. fuit minima de nomini
T.c.1. bus sollicitudo: sicut dicit Comē. in pⁿ⁰ phy. Uel di-
Alia solō cendū ꝙ hic Ari. nominibus consequēter est vsus. homo
enim duplici viuit vita. s. vita ꝯtēplatiua vt fm illḋ diui-
Cap.10. nū qḋ est in eo: per qḋ fit deo amātissimus: sicut patet. 10.
ethico. ꝛ tali viuētibus hominibus vita ꝓprie dicitur ꝙ
vnus gaudet alio ꝛ amicatur: cū hꝫ gaudiū ꝛ amicitia sit
Hoi du- ꝓpter solū honestū. Est ꝛ alia vita actiua brutalis ꝛ volu-
plex vita ptuosa: fm quosdā cōsistens in delectationib⁹ ꝛ luxurijs
ꝯuenit ē. corporalibus. vt tactū est in. 45. caplo. ꝛ viuentes ꝓprie
ista vita dicunt sibiipsis cōcupiscere. Et qꝛ plurimi homi
nū hꝫ viuūt vita. oēs enim hoīes exceptis quibusdā hono-
randis viris sunt in numero bestiaꝝ cōputādi: sicut Auē-
zoar dicit: cū itaqꝫ Arist. in isto caplo ꝛ ꝯsequēti tangat vi
taꝫ voluptuosaꝫ: nō incōuenieñter dictū est hominem tali
vita viuētē hoīem ꝯcupiscere: equū quoqꝫ dictū ē equo
gaudere: qꝛ quodā nāli gaudio equus gaudet equo: ꝛ ei-
dē adminiculat̄: nālr enī in specie equina vehemens est
dilectio. Unde Arist. in. 8. hysto. videt̄ equoꝝ genus esse
nāe amicitiale: cui⁹ signū est qꝛ sepe ablatis aut mortuis
matribus pullos dilectiōe suscipiunt ꝛ enutriunt alie cō-
pascuales equaꝝ: sicut dcm̄ ē. Deinde] Quia aial. Sol-
uit: ꝛ primo assignat cām dicēs: qꝛ aial est quoddā bonū.
est enī ens pfectū valde hiter alia: cuius appetitus ē ꝓp
aliquod bonū aut apparēs: quo mouetur ad appetēdum:
sicut declaratū est quarta pticula. 26. caplo: ꝓpter qḋ opꝫ
bonū illud quo mouet̄ eius appetitus esse ꝓpriū ꝛ perfe
ctū ꝛ delectabile illius: illud enī est qḋ delectat ꝛ non ex-
traneū: imo ille qui est bonus simplr vt viuēs vita ꝯtem-
platiua predicta: cōtristat seipsum vel ꝯtristat̄: ꝓpter bo-
nū qḋ est nō simplr ꝛ vere bonū. Uiuēs enī vita ꝯtēpla
tiua ꝛ fm illud diuinū qḋ est in hoīe: ꝯtristat̄ vehemēter
ex bono sensibili: qḋ vite voluptuose obiectū: qḋ apparuit
in actibus phoꝝ: q cōtubernia hoīum deserētes soli phie
se dedicabāt: sciebant enī verū bonū nō in opiōne hoīum
sed in vā ꝯscia esse abscōditū: sicut dicit Hugo. in didasca
lico: ꝛ hoc est delectabile: qḋ 2⁰ ostēdit. s. ꝙ nō eodē modo
ꝛ eisdē delectat̄ ꝛ gaudet vnus sicut alius dicens: ꝙ non
in oibus fit delectatio ꝓ bonum delectabile: qḋ est verum
ꝛ simplr bonū: ꝛ per delectabile qḋ ē bonū fꝫ qd: imo alij
delectant̄ vno: ꝛ alij alio: qḋ declat illic[Aut bonū.] Pro- Bonum
pter qḋ sciēdū ꝙ sicut duplex est bonū vt tactū est. s. bo- duplex.
nū simpliciter ꝛ diuinū: ꝛ bonū sensibile: qḋ est bonū fm
quid: respectu perfectissimi boni: ita ꝛ bonū hꝫ sensibile
est duplex: qꝛ qōdā est bonū ꝛ delectabile simplr ꝛ neces-
sariū oino: sicut illud qḋ est in comedēdo ꝛ bibēdo: quo
quis indiget ad vitā oino. Et est aliud qḋ nō est tale: sꝫ so-
lū est bonū ꝛ delectabile huic cuius corruptus est appeti
tus: sicut gulosi appetitus: contra quem inclamat Sen. in
libro quatuor virtutū nāliuꝫ. Appetitum tuū fames exci-
tet: ꝛ nō sapores. ꝛ eodē modo duplex bonū sensibile pōt
distingui circa actū venereū. Hoc pmisso dicit ꝙ ꝓp hoc
nō est oibus delectatio: qꝛ qōdā est bonum delectabile: si-
cut comedere. vbi grā. indigenti. est enim bonū delectans
ipsū cū sit ꝓpriū: sed bibere est delectabile alicui: vtputa
ebrioso nō indigēti corruptū habēti appetitū: ꝛ coire alij
sicut luxurioso: nullū tñ istoꝝ duoꝝ est bonum delecta-
bile ꝛ necessariū respectu boni delectabilis necessarij: qḋ
est comedere ad vite sustētationem: hec tñ duo bona vel
tria sunt bona fm quid ꝛ apparētia respectu boni simplr
ꝛ diuini: sic itaqꝫ causa quesiti existit. quare ꝛc. qꝛ bonū
ꝛ delectabile ꝓpriū ꝯfirmat ꝛ auget operationē. Unde
4. ethico. propria delectatio cōfirmat opationes ꝛ diutur Cap.4.
niores ꝛ meliores facit. aliene aūt corrumpunt: fere enim
aliene delectationes faciunt ꝙ ꝓprie tristitie.

Problema. LIII. Antiqua.

PRopter quid quidem vnumquodqꝫ
cognato maxime mixtū ꝛ delectabi-
lissime coit. Quia autē ꝛ optimum
non adhuc verum: sed apud nos: qḋ
est in coitu est delectabile: quia putamus qui-
dem bonum quia concupiscentes gaudemus:
videntes etiam ꝛ in alijs concupiscentijs se ha
bet similiter. Sitientes enī delectabiliter vidēt
potum: ꝙ quidem ad iuuamentum aliquid bo
num est: ꝙ ꝛ maxime desideramus: hoc autē
videtur delectabilissimum esse: quod autē est
per se non adhuc ita. Signum autē huius: vi-
dentur enim nobis ꝛ viri boni esse ad coitum
videntibus: ita igitur ꝙ ꝛ delectari vidētibus:
magis eis que sunt in coitu. Nihil enī prohibet
nisi desiderantes adipiscamur: ita autē potius
melior. Si autē sitientes adipiscamur delecta
biliter videmus. Noua.

Sed causa cur vnūquodqꝫ iunctū suo cogna
to maxie suauissimeqꝫ ꝯcūbat in aliaꝫ cadit qōe-
nē. Pulcherrimū ṽo id etiam esse nonduꝫ as-
seri vere potest: sed nobis quod ad concum-
bendum suauius est pulchrum certe videtur.
Quoniā rei quaꝫ cupim⁹ aspectu quoqꝫ nimi-
rum delectemur. Et quidem in ceteris etiam

cupiendi generibus res pariter sese habet. Cuz enī siti detinemur: humorē suauius cernimus. Qđ itaqʒ ad vsum aliquē pulchrū est: ⁊ qđ idē maxime cupere solemus: suauissimū id esse ipʒ videt̄. Qđ aūt per se tale est nō preterea sic esse videbitur. Argumentū ꝙ adolescētuli pleriqʒ formosi aptiqʒ nobis esse videbunt̄ cū ad concumbendi vsum respexerimus. Nunquid igit̄ ita vt etiā plus gestiam⁹ q̄ȝ si deformes quosdā intueamur? Nō hercle nisi coꝝ auidi sumus: q̄uo potio quoqʒ videt̄ pulchrior. Nā si siti detinemur humorē multo suauius aspiciemus.

cum tamen potius deberet contingere oppositum propter contactum aeris calidi aut frigidi. Dixit autem verum indicando solutionem probabilem vel causam: q2 quãdoqz in aliquibus non fit sudor talis aut irroratio vel exhalat insensibiliter: id autẽ verificatur potissime in memetipso ita vt in estate publicees super me proiecti fugiant propter frigiditatem quã percipiunt non paruam. ¶ Deinde [Aut quia.] Dat causam veriorem dicens: quia propter frigidũ repercutitur calidum interius hyeme: ita vt compulsum temporis frigiditate petat et rimetur interiora: in estate vero poris apertis et gaudens vtcunqz suo simili calido. s. exteriori foris dispargitur: vt visum est afforismorum prima. et ideo in estate effunditur et emanat: sed in hyeme: q2 frigus cooperit calidum interius et fortificat: accidit exhalatio subtilis ex corporibus animalium: vt ostendunt pãnorum lutulentie: non minores hyeme: et corpoꝝ proprie calidorum extenuationes in cibatione: tunc enim resolutio sensui occulta est fortior afforismorum ꝑma. velut hyeme exhalatio subtilis occulta facta a terra: que ab Auicẽ. scda primi. dicit̃ subtiliatio ꝑpter calorẽ occultũ in ipsa.

¶ Problema. V. Antiqua.

Propter quid horrescunt pili in corpore? Aut quia velut corium merito sur rexerunt: veluñ autem et a frigore et ab alijs causis. Noua.

¶ Quenam causa pilos inhorrescere faciat? An merito cute cõtracta exurgãt: que cõtrahi tum a frigore: tum a plerisqz alijs affectionib9 põt.

Quare pili horrescunt siue erigũtur in corpore propter frigiditatem qua cutis contrahitur et incrispatur. ¶ Deinde [Aut quia.] Soluit dicẽs causam esse quoniam pili euelluntur et contrahuntur et eriguntur propter corium: quod huiusmodi patitur passionem: quia etenim illi sunt infixi: non inmerito contrahuntur et eriguntur propter ipsum: ceu plante terram imitantur. Cause vero que ipsos euellunt et erigũt sunt frigus et cause proportionabiliter illi operantes: sicut siccitas stipticitati vehementi cõiuncta: timor: tristitia: et huiusmodi que talis propellunt introrsum et id quidem tactum est 21° 8e.

¶ Problema. VI. Antiqua.

Propter qd nemo seipm titillat? Aut q2 et ab alio minus si ꝑsentimus: quare minus titillat̃ qñ non latet hoc patientem. Est aũt risus tactus quidam et fallacia: ꝑpter qd et verberati in pectus rident inde: non quicũqz locus est quo rident. Occultum autem deceptiuum: propter qd et fit risus: et non fit ab ipso. Noua.

¶ Cur nemo seipsum valeat titillare? An ne ab alio quidem titilletur si rem presensit. Uel potius si ipsum videat titillantem: ergo minime titillari quis possit: si que tactio affertur non lateat. Risus vero lapsus quidam et fraudatio est: qua cum in sede precordiorum quis verberatur ridet. Haud locus quilibet est quo ridem9: clandestinum autem omne fraudulentum est. Qua de causa fit vt illa eadem res et moueat risum et non moueat.

Quare nullus patitur titillationem a seipso: sicut et nõ horripilantur cũ quis tangat semetipsum: vt dictum est in ꝑmo. ¶ Deinde [Aut q2.] Soluit dicens causam esse q2 cũ presentimus preuidentes aliquẽ debentem tangere nos minime titillationem incurrimus: eo ꝙ nos non lateat id patientes: imo precognitum fiat: sed cum tangimus nosmetipsos prescimus ante et preuidemus: et hoc etiã modo contingit ridere quo et titillari: vt videbitur 8°. nam risus contingit ex tactu quodam et conductione molli: quãdo adest fallacia siue impercussio vt dictũ est prius. Et ideo percussi in pectore vt tangetur octauo rident: et si rideant sic percussi: nõ tñ per omnẽ locũ si feriant̃ rident: puta in capite vel ventre: sed cũ accidit percussio decepti ua siue impreulsa: risus consurgit: ita vt nõ fiat ab illo qui ridet: sed ab alio vt dictum est de horrore.

¶ Problema. VII. Antiqua.

Propter quid quãdoqz labia maxime titillamur? Aut q2 opz ꝙ titillat̃ nõ faciei sensitiue esse: sunt aũt labia circa locũ illud maxie: ꝑpter qd titillant̃ labia locoꝝ que sunt in capite que sũt bene carnosa. valde aũt maxime mobilia sunt. Noua.

¶ Cur labris maxime intitillamur? An q2 membrum qd titillari possit non longe a sede potissimum sentiẽdi abesse debet: labra aũt eo maxime in loco posita sunt: sed oium maxime locoꝝ capitis propterea titillantur: ꝙ carne ex toto constat: qua re nobilissima esse possint.

Quare labia potissime titillantur quãdoqz: dicit aũt q̃lqz: eo ꝙ nõ semper cõtingit: sed cũ fuerint disposita pati: quod accidit cũ humor fuerit in stomacho maxime mordicatiuus crisis per vomitũ denotatiuus. tertio de crisi. cõtingit etiã ꝑpter iram q̃lqz et timorẽ ac ventositatem. ¶ Deinde [Aut q2.] Soluit dicens cãm esse: q2 id in quo percipitur titillatio: non est faciei inquantũ ipsa sentit: sed magis in eo qd mouetur: que labia titillant cum sint in parte faciei: s3 quã est mobilis maxime. dictumqz sit ꝙ titillatio sit motus: et merito: quia sunt abscisa dependentia et proprie labium inferius: et ideo labia inter cetera loca. i. membra: quia partes corporis loca nominant nõ solum iuniores medicorum verumetiam et antiqui interiorum initio: eorum que sunt capite titillant: sunt enim sufficienter carnosa: non enim dura sunt omnino vt ossa et que talium: neqz mollia vt panniculi: que autem talia sunt ꝙ maxime extant mollia: et per consequens titillabilia: cũ dictum sit titillationem sepius esse motum.

¶ Problema. VIII. Antiqua.

Propter quid siquis locum qui est circa ascellas mouerit ridẽt: si aũt aliquẽ aliũ non? Aut ꝑpter quid sternutant. Aut loca sunt venarũ: quibus aut frigidatis: aut econtrario patientibus humectantur. Aut i spũm ex humido dissoluitur: sicut si quis reprimat venas que sũt in collo dormiũt: delectatio quidem caliditas quedã est: hoc aũt quando plus spiritus fit: collectum extra emittimus. Similiter et in sternutatiõe pẽna calefacientes: et mouẽtes dissoluimus in spũm: mul-

to autem facto dimittimus. Noua.

¶ Cur siquis locū nostrarū alarū moueat: in risum ɔtinuo labamur: si quā aliam moueat partem: nullā possit ridendi cām afferre: ꝛ que naꝫ ratio est cur narib⁹ penna tēptatis sternutamentum moueaꝭ: An quia loca quedam venularū habemus: qbus vel refrigeratis vel contra affectis venule ipse aut humectanꝭ: aut in spiritū ex humore dissoluunꝭ. Quēadmodū si venas ceruicis dormiēti quis premat: letitia itaqꝫ gestiēs cōcalefactio quedam est. Spūm aūt cū redundarit foras mittimus vniuersuꝫ. Sternutamenti quoqꝫ ratio illa eadē est. Cū eniꝫ pēna mouemus atqꝫ tepefacimus nares humor in spirituꝫ soluiꝭ quē mox redūdantē expellimus.

Quare si aliquis mouerit aut percusserit locuꝫ circa ascellas entem: incitanꝭ qbus fit talis motus ad risum: si autē aliquē alioꝝ mouerit locoꝝ vel ferierit: nō accidit risus. ¶ Notāduꝫ ꝙ id tangitur tertio de partibus. ita: circa percussiones que in prelijs accidunt in loco qui circa diaphragma risus ꝓpter caliditatem causatā ex percussione: ꝙ autē partes calefacte cito notabilem faciant sensum: significat illud: qđ accidit circa risus: titillati eniꝫ cito rident: eo ꝙ motus pertingit celeriter ad locuꝫ hunc calefaciendo: ita ꝙ si etiaꝫ caliditas occurrat remissa notabiliter preter intentionē concitat mentē. Sed causa quare homini soli accidat titillatio: subtilitas est pellis: ꝛ qꝛ solus homo inter cetera aīalium ridet titilla⁹: siquidē risus causatur ꝓpter motū factum circa ascellas: quē etiā cōtingit apud ꝑcussuras que in prelijs circa diaphragma ꝓpter caliditatē causatam a percussione. ¶ Deinde [Aut quia.] Soluit multipliciter. d. id esse illo modo quo quis mouetur ad sternutationē: ꝓpter aliquid ꝙ myringas cerebri stimulet vt visum est 34°. quid enim infestat locum circa diaphragma vnde causaꝭ risus. ¶ Deinde [Aut ꝓpter.] Dat aliam causam dicēs ꝙ circa hui⁹ loca subascellarum existunt quedaꝫ vene ꝛ arterie: que si remoueantur a natura sua ꝓpter frigiditatem aut caliditatē: humectantur: frigiditate humidum inspissante ac exprimente: caliditateqꝫ ipsum attrahente ꝛ expandente: qbus incitatur tanq̄ȝ mouentibus risum. ¶ Deinde [Aut in spūm.] Assignat aliam cām dicens id etiam esse ꝓpter dissolutionem humidi in spūm ventosuꝫ: ceu siquis cōprimat venas seu arterias que sunt in collo versus partē anteriorē lateraliter sub mento dextra ꝛ sinistra: tunc dormiunt delectabiliter: delectatio aūt causaꝭ caliditate: eo ꝙ spūs dilatantur ea: ex delectatione causaꝭ risus: qꝛ spūs plurimus causaꝭ ꝛ colligiꝭ ex hꝫ calido in delectationē mouente: cū aūt ita fuerit: foras spūs emittiꝭ risus inductiuus. ¶ Notādū ꝙ nō solum cōstrictione pretactarū venarū que sunt in collo accidit dormire: verum si amplior fieret stupor apoplexia syncopis ꝛ mors. Unde Auicē. pˢ ꝫ tertij. balneatores sanant habētes aluc qđ est motus quis vertiginis cōstringendo venas apopleticas donec homini veniat quasi syncopis: in quo est habēda cautela. ¶ Deīde [Similr.] Declarat id vltimo qđ tetigerat in ꝑncipio solutionis de sternutatione di. ꝙ sternutatio similiter accidit ꝓpter pēnaꝫ vel aliquid aliud qđ in nares imittitur: quo calefaciēdo ꝛ mouēdo dissoluiꝭ humidū in spiritum ventosuꝫ: qui cum augmētatus fuerit sua extensione ꝛ punctura sternutationem inducit: ꝛ similiter in proposito vt visum est.

¶ Problema. IX. Antiqua.

PRopter quid post cibos horrescimus multotiēs: Aut frigida immittimus a primo vincit: magis naturale calidum vincit. Noua.

¶ Cur sepenumero diu euenit vt igesto cibo inhorrescamus: An ꝙ cibus frigidiusculus admissus est vincit principio magis naturalem calorem q̄ȝ vincitur.

Quare post cibos ꝛ potus incidimus in horrorem ꝛ frigus paruū vt multotiēs. Dicit aūt vt multotiens: qꝛ interdum nō cōtingit: ꝛ maxime cū calidū fuerit alicui fortius ꝛ ipm calidius. ¶ Deinde [Aut qꝛ.] Soluit dicens cām esse: qꝛ frigidos actu ꝓprie vel etiaꝫ potentia vt ad multum cibos ꝛ potus assumimus infrigidantes nos: dum fuerint tales actu: deniqꝫ vel potentia. ¶ Deinde [Aut.] Dat aliam causam dicens eam esse: quia primitus cibi ꝛ potus superant calorem naturalem: ipso autem postea confortato in amplius ex eoruꝫ refocillatione vincit ipsos: ceu ligna multa ꝛ maxime viridia cum supponuntur paruo igni: primitus enim is submittitur: ꝛ debilitatur: cōsequēter vo eis submissis fortificatur inde.

¶ Problema. Ultimū. Antiqua.

PRopter qd qđ circunduciꝭ permutatim digitis duo videnꝭ: Aut qꝛ duobus sensib⁹ tangimus. Interiorib⁹ eni digitoꝝ ꝭm naturam habētes manū: vtrisqꝫ impossibile dicere. Noua.

¶ Quā ob cām qđ digitis vice mutata implicatis circūagiꝭ duo esse videaꝭ: An quia duplici sentiēdi parte attingimus. Nunq̄ȝ eniꝫ fieri potest vt lateribus digitoruꝫ exterioribus vtrisqꝫ idem cōplectamur ꝛ agitemus dum manu ordinem suum obtinet naturalem.

¶ Explicit trigesimaquinta particula.

Quare aliquod vnū existens cum circunduciꝭ ꝛ conuoluitur digitis permutando ipm sentitur ac si essent duo: qđ maxime ostendiꝭ: cū aliquis cancelans digitos pudicum reflectat super indicem: ꝛ eis circunducaꝭ lapillus cōtentus in palma alterius: tunc quidē vnū apparebit sensui esse duo: decipitur enim tactus: visus tamen declat hui⁹ fallaciam: vnde de somno ꝛ vigilia 2°. permutatione digitoꝝ vnuꝫ videtur duo: hoc tamē nō dicimus quoniā duo: dignior eniꝫ tactu visus: si eniꝫ esset tactus solus iudicaremus vnū duo. ¶ Deinde [Aut qꝛ.] Soluit dicens causam esse quoniā cuꝫ sentiamus duobus sensibus seu sensationibus: que sunt in duobus digitis: qđ tangitur: pulpe que digitoꝝ interiores fuerint se habentes ꝭm naturam perfecte: ita vt nihil extraneū interueniat: sicut duplex est digitus sentiens: ita etiam duplex reputat tactus fallitus quod sentitur: sed non possibile fit ambabus digitorum manus partibus interioribus in qbus amplius viget tactus etiam se naturaliter habentibus: ita vt nihil extraneum intercidat: dicere vel iudicare illud qđ tangitur fore vnum aut duo: vnde iudicium expetēdum visus: hic enim dignior vt dictum est tactu: in pluribus tamen aliorum: tactus magis certificat q̄ȝ visus: ꝛ ideo dictum est secundo de anima nos ꝭm ipsum fore ingeniosos aut nō ingeniosos: ꝭm autem alios sensuum minime.

Cap. ꝓ.

T. c. 94

¶ Incipit trigesimasexta particula. de his que sunt circa faciem.

¶ Problema. I. Antiqua.



ROpter quid imagines faciei faciunt? Utrū quia hoc ostendit quales quidam sunt: aut quia his maxime cognoscuntur. Noua.

¶ Cur faciem effigiare consueuerunt? Utrū q̄ quales nam simus ea ipsa corporis parte intelligi possit: an q̄ ea precipue qui simus agnosci potest.

Particula hec 36ª est vbi agit de pblematib⁹ circa passiones faciei: de qb⁹ ē tactū est nō parū 2ª. querit igit̄ p̄us dicēs. Quare hoīes faciūt imagines repn̄tātes faciē hoīs maxie: pingunt. n. aut sculpunt eas pcipue vt ostēdūt oboli in qb⁹ repiunt̄ facies Imperatoꝝ insculpte Romanoꝝ: vt Cesaris Neronis: & talium. ¶ Deinde [Utrū.] Soluit dupl'r: p̄ dicēs cām eē: qꝛ p imagines faciei repn̄tat̄ q̄lis fuerit dispositio ipsius cuius est imago: & maxie cū fuerit depicta a pictore sciente p oīa assimilare: puta goto pictore: ita vt ea deuenimus ī cognitionē illius: vt occurrēs hic cognoscat̄ ipsa vel sculpta vt oboli denotāt pracri vel statua p ceusim facta crotoniatis: de qua Tullius rhetorice veteris 2º. Quia vero pōt aliqs cauillare q̄ nō p faciei imaginē deprehēdit̄ q̄lis sit: imo ēt p eā que toti⁹ corporis: & iō subdit certiorē cām dicens iō facere faciei imaginē: qꝛ ipsa maxie ꝯtingit cognosci cum cui⁹ est: cū ea sit dearticulata & distincta potissime: quo pcipit̄ dīia distincta & cōspicit̄ vt afferta & detecta: nō aūt p imagines alioꝝ partiū ita: cū nō sint adeo dearticulate ac inspecte directe: qd̄ indicāt physionomi attēdētes magis ad signa que accipiuntur a facie ac ab oculis ꝓprie: q̄ ad reliqua: vt ī editione physionomie declaraui. Qz aūt quis imagine q̄lis sit recte cognoscat̄ expressa nō solū q̄tū ad ea que corporis: sed etiā anime: monstrat̄ apertius ex hystoria physionomie lib° de regimie p̄ncipū Alex. ab Arist. ꝯscripto. de fi° Hippocratis in pergameno depicta & physionomo ingenti Philemoni monstrata.

¶ Problema. II. Antiqua.




ROpter quid faciem sudant maxime: cum non sit carnosa? Aut qꝛ facile sudabilia quecūqz hūida & rara: caput aūt tale est. Humiditatē enim ꝓpriam habet multā: ostendūt aūt vene exinde tendentes & catarri fiunt ex hoc: & cerebrum est humidū & pori multi. Signū āt capilli: vbi multi pori sunt finientes extra: non igit̄ ex inferiorib⁹ sudor: sed ex capite fit: ꝓpter qd̄ sudant: & primo quidem frontē: substat eniz primo: humidū enim deorsum fluit & nō sursum. Noua.

¶ Cur faciem maxime sudare solemus: que carnis oīno expers atqz gracilis est? An q̄ ea ꝓpensiora sunt ad sudorē que humida laxaqz sunt: caput aūt tale est. Quippe qd̄ humorē suū plurimū habeat: quē vene tendentes inde declarant: & destillationes que e capite venire solent. Cerebrū itē hūidū est: & foramia capitis ꝑmulta. Capilli ꝑfecto foraminum multitudinem foras vsqz ꝑductā latissime indicāt. Sudor igit̄ nō ex pte iferiore: sz ex capite orit̄. Quāobrē frons prima & maxie sudat. Prima eniz subiecta vertici est. Humor aūt deorsum nō sursum fluit.

¶ Id sufficienter expositum est 18° 2ᵉ.

¶ Problema. Ultimum. Antiqua.



ROpter quid in facie maxime desudationes fiūt? Aut qꝛ rarus est locus: & hūiditatē hz: signū aūt capilloꝝ ort⁹: & sensuū ꝓt⁹. Desudatiōes aūt sūt sicut pustule humiditatis cuiusdam nō digeste.

¶ Explicit trigesimasexta particula.

Quare in facie pre alijs ptibus cōtingant desudationes. ¶ Notādū q̄ p desudationes faciei: hic audit̄ nō sudoris emanatio sola: qꝛ iam eius p̄cessit sermo in priori ꝓblemate: veꝝ īteruenit cūi eius cū desudatione pustulatio quedā. Unī Auicē. 7ª quarti. ex desudatione in corpore generat̄ bothor siue pustula plurimi sudoris valde pauce ablutionis aut parue apud fricationē & ꝓprie in regionib⁹ calidis. ¶ Deinde [Aut qꝛ.] Soluit di. cām esse p̄mo: qꝛ rarus est locus faciei: cutis eniz hoīs subtilior est ceteris & maxie faciei: vt visum est quarta. cōtinet etiā multam humiditatē cum sub cerebro situet̄ anteriori. Signū aūt raritatis eius est ortus piloꝝ in ipsa per totū: nam raritatem corporis declarat̄ pilus afo. 5°. simil'r id ostēdit sensus ꝑspicax qui passione perficit̄: vel sensuum. i. imutationū coloris in facie cōprehēsaꝝ. Rursus itaqz cū desudationes sint ceu alique pustule: vt dictū est: ex quadā humiditate indigesta causate: nō imerito in facie habēt magis ꝓpŕie cōtingere: eo q̄ subtilis rara & passibilis humiditate plena calidiqz vaporis ex toto corpore receptiua: reliqua aūt hui⁹ requirant̄ ab Auic. septima quarti.

¶ Incipit trigesimaseptima pticula: de his que circa totum corpus.

¶ Problema. I. Antiqua.



ROpter qd semꝑ corpore fluēte & defluxione facta ex sup̄fluitatib⁹ nō alleuiat̄ corp⁹ nisi sudauerit? Aut qꝛ minor expurgatio fit. quādo eni ex humido mutatur in aerē: plus fit ex minori: qd̄ enim segregatur plus est: quare in pluri tempore expulsio.



ROpter qd aūt hoc? Aut qꝛ per minores poros exitus est: viscosum enim & qd̄ est vt colla: cū humido eniz expellitur ꝓpter cōmixtionē: cū spiritu autē impotēs est: maxime aūt hoc est nociuum propter qd̄ & vomitus cum sudoribus alleuiat magis: qꝛ simul educit hoc sicut grossiores & corpulentiores existentes? Aut qꝛ & a carne quidem longinquus est locus in quo est viscosum: & qd̄ est sicut colla: quare molestū est trāsmutare: stomacho aūt ꝓpinquus: aut. n. in hoc fit: aut ꝓpe: ꝓpter qd̄ difficulter educitur aliter.

¶ Explicit trigesimaseptima particula.

Ista est particula 37ª de pblematib⁹ circa totū corpus intitulata exposita sufficiēter vnico pblemate ꝯtenta puta 22° 2ᵉ pticule. ea aūt hic apertionis grā euidētieqꝫ amplioris duob⁹ pcedit pblematibus.

¶ Incipit trigesimaoctaua particula de his que circa passiones colorum.

¶ Problema. I. Antiqua.

PRopter quid fricationes augēt carnem? Aut qꝛ valde augmētatiuū eorum que in corpore calidum est: hoc quidem existente maiores tumores fiunt: ppter semper ipsum in motu eē: ꝛ in supius ferri: ꝛ inspirans humida que in nobis sunt: qđ in fricatione fit: deficiente aūt diminuit̄ ꝛ minorat̄ corpus. Aut qꝛ tumorosior ꝛ a nutrimēto fit caro ppter caliditatē: omne enī calidū cōtractiuum est humidi. Nutrimētū aūt qđ spargitur in corpus humidū est: ꝛ recipit nutrimentum magis ppter raritatem: rarior enim facta caro magis pōt recipere sicut spōgia. Fricatio āt bene respirabilem ꝛ raram facit carnem: ꝛ prohibet collectiones fieri in corpore: hoc autē existente neqꝫ consumptiones fiunt: nō nutrimēta enim ꝛ collectiōes ex collectis fūt. Magis spirabilia ꝛ magis rara ꝛ leuiora facta merito magis augētur: nutrimēti enim sunt magis receptiua: ꝛ superfluitatū expulsiua magis fiunt: qꝛ non opꝫ condēsare carnē ad sanitatē: sed rarificare. Quēadmodū enim ciuitas est sana ꝛ locus bene euentabilis: ppter qđ ꝛ mare sanū: ita ꝛ corpus bene spirabile magis sanū est contrario se habēte. Oportet enī aut nihil ieiſſe: aut ab hoc cito permutari: ꝛ oportet ita habere corp⁹ qđ recipiēs confestim expellat superfluitatē: ꝛ esse in motione: ꝛ nunq̄ quiescere: hoc quidem enim putrefit: sicut ꝛ aqua que nō mouetur: putrefactū aūt egritudinē facit: qđ aūt expellitur prius q̄ corrūpatur separat̄: hoc igitur densata carne nō fit: tanq̄ enim oppilantur pori: rarificata autē accidit: ppter qđ ꝛ nō oportet in sole nude ambulare. Cōdensatur enim caro ꝛ valde desiccatur: interius autem humidū manet: superficiale autem mutatur exhalatū: quemadmodum ꝛ carnes asse elixis: magis autem interiora humida sunt: neqꝫ pectora nuda habentes ambulare in sole. Ab optime enī dispositis corporū sol aufert: que minime egent ablatione: sed magis interiora desiccandū est. Exinde qdem igitur propter longinqua esse nisi cū labore non est sudorē educere. Ab his aūt pro eo q̄ sunt pre manibus facile est consumere humidum.

Hec est particula pblematū vltima: in qua ponūtur pblemata que circa passiones coloꝝ īquirūt ita vt sit vltima fm q̄ color est vltimior ꝛ spūalior qualitatū ceteris. Queris igitur p̄mo: quare fricationes carnem augmētant: vt ppͥe cū fuerint mēsurate: nam triplex est: vt pꝫ de regi. sa. 3°. quedā enim mollis lenis: que nō peruenit ad hoc: vt possit sufficienter carnificare: cū calidū non eleuet intātū vt attrahat ꝛ īspiret. Alia dura aspera carnē eliquans ꝛ cōsumens: nōnulla vo harū duarū media carnificans ꝛ īpinguās. Qr aūt rubrica hec sit male inscripta videt̄: deberet enim dicere de pblematibus circa habitū corporis: augmētatio enim carnis eiusqꝫ diminutio ꝛ condensatio ꝛ raritas ipsius sunt qdam corporis habitus: vt pꝫ in thegni. Dubiu.

¶ Dicendū q̄ ratio verius cōcludere videt̄ sic: qꝛ imediatius forte: ad talem vo habitū vel alterū sequit̄ hic color vel alius: eo q̄ habitudo totius manifestat̄ in colore maxime: cū sit quedā epiphania .i. supapparētia fm Pithagorā de sensu ꝛ sensato: sic ꝛ eius potētia notior ꝛ vniuersalior ceteris. Solu. Cap. p.

¶ Deinde [Aut qꝛ.] Soluit dupl'r dicens p̄mo cām eē: qꝛ calm de numero eoꝝ que sunt in nobis hꝫ potissime extēdere ꝛ augmētare: quare maiores hinc cōtingit tumores fieri: ppter qđ calidū in motu est motiuū nō solū sui sed etiā alioꝝ: ꝛ maxime in tendendo sursū: vbi maxime īspirat humida presubtiliādo ea q̄ sunt que sunt in nobis: id autem totū fricatione perficitur: ea enim suscitat̄ calm ꝛ mouetur ita vt augmentato ac etiā eo ꝯfortato carnes adaugeat: sed per oppositū eo diminuto ꝛ imbecillitato minorant̄ ꝛ subsident carnes: sic igitur calm calefaciens subtilians ꝛ inspirans humidū ac multiplicās qđ est causa augmenti fricatione carnes adauget.

¶ Deinde [Aut.] Assignat scđo aliā cām dicens id esse: qꝛ ppter calm vigoratum fricatione tumorosior ꝛ extensior caro reddit̄: ppter nutriens copiosius subingrediēs illius porositates: nam calm vt dictū est fricatione coaugetur: ꝛ fortificatur: quo accidente cōtrahit humidum: de rōne enim calidi est attrahere: habet etiā eo pabulari: cum in mixtis nō sit calm absqꝫ humido reperire: de gnōne 5°. sꝫ nutrimentū qđ in corpus spargit̄ se illi conuiens ꝛ factū tandem secū vnū humidū est: cū aūt caro fuerit facta rara porosa ppter fricationē cōmensuratā: cuꝫ supfluitates expirare faciat: amplius poterit humidū coaugmētatiuū recipere: sicqꝫ extendi ꝛ augmentari: qđ declarat: nam caro hꝰ fricatione rarefit tanq̄ spōgia: ita q̄ vt ea pōt suscipere humidum vt aquā ita caro humidū nutrimentale: de natura enim fricationis prediffinite est: q̄ sufficienter respirabilem carnem reddit ꝛ raram: cum hoc q̄ phibet ne superfluitates colligantur in corpore. G. etiam de regi. sanita 3°. ꝛ quasi preueniens dubitationem ait: huiꝰ autē interueniente: non accidit fieri consumptionem corporis propter apertionem pororum sufficientem: ꝛ qđ educitur superfluum: non enim permanent nutrimentorum superflua: neqꝫ collectiones ꝛ nascentie vel alique hꝰ cause passionum fiunt ex superfluis ciborum collectis: alimenta ꝛ etiā corpora sint reddita rariora ꝛ leuiora: ꝛ sic tum ex parte alimentorum inspiratorum: tumqꝫ amplius ppter raritatem acquisitam in partibus: non sine causa peramplius augentur: cum pretacta reddantur magis receptiua nutrimentorum: ꝛ superfluitatum eorum amplius expulsiua. Et id quidem pblema non modicū confert in sanitatis regimine sufficiēter deductū: vt pꝫ ex 3° eius Gal.

¶ Problema. Ultimum.

Id siqdē pblema expositū est sufficiēter 53° pblemate pᵉ pticule: ꝛ repertū 33° 5ᵉ serie eadē

differenti tamen intentione: in prima enim premissum quod medicinale: illicqꝫ de ipsius agitur actu: in quinta vero eo quod de labore in ipsa agitur: fricatione autem corpus laborat: vel opposite disponitur cum corpori occurrat indigentis: sed in hac de his que circa coloris corporis agitur passionibus: ⁊ per consequens habitibus: a quibus ipse decidi tur: caro enim rara vel densa talem colorem representat vel alterum ⁊c.

¶ Explicit expositio succincta problematum Arist. quam Petrus edidit apponus Paduanus: ea nullo prius interpretante: incepta quidem Parisius: ⁊ laudabiliter Padue terminata.

¶ Cur alica plus aque recipiat q̃ triticum vnde confecta est? An propterea quod alica farina quodammodo est simila: farina autem plus aque imbibit: moles enim amplior eius q̃ tritici est. Pressius namqꝫ ⁊ cõstipatius triticum est. At quod autem amplius est: plus id capere potest. An nõ solum ea ipsa de causa ita fit: sed etiã calore quẽ intra se continet ⁊ farina ⁊ alica efficitur vt bibacius hauriant: quod enim calidum est humorem id ⁊ efficacius ad se trahit ⁊ expeditius in vaporem consumit.

¶ Cur farina tritici massata pertritaqꝫ lõge amplior reddatur q̃ ordei. s. ex proportione? An quod altera multum humoris sibi admittit: altera parum: sed qua de causa plus admittat. Congruens enim potius dixeris: vt ordeacea bibacior sit. Quippe cum ordeum tostum: triticum non tostum sit. An propterea ita fit: quia trituram pleniorem triticea patitur. Cuius causa est: quod partibus minutioribus cõstat. Fit igitur quasi vt quantuplo partibus contineri potest minoribus: tantuplo humorem sibi largiorem admittat: quippe que ipsum humorem pro glutine sibi capiat: vt Empedocles quoqꝫ suis in persicis diuerticulo quodam ait. Munus vbi larga ceteris coniunxerat vnda. Multumqꝫ humoris proinde absumere queat.

¶ Cur etiam igni mãdata massa tritici amplius augeatur q̃ ordei? An quod humorem in se continet indiscretũ: qui recalescens extrudi nequeat: hic ergo cum in spiritũ transeat: nec sese promere pariter: atqꝫ ex massa ordei possit videlicet propter tritici spissitudinẽ: spissius enim est quod partibus constat minutioribus. Idcirco extollit moleq̃ꝫ agit ampliorem. Ad hec plus ista humoris continet. Quo recalescente spiritus prouenire solitus est. Ex quaqꝫ re autẽ pluris plus proficiscatur necessum est.

¶ Cur pistorꝫ ceterorũqꝫ officio fungẽtium frumẽtatio: qui ordeũ attractant imbecilli efficiantur: ⁊ destillationibus infestentur. Qui autem triticum corpore sint bene habito? An quod facilius triticũ cõcoqui q̃ ordeũ põt: atqꝫ ea re delibamenta inde manantia esse faciliora necesse est.

¶ Cur panis tostus durior: tepefactus hũidior reddi aliquãtisper possit? An quoniam cũ torrefit humor extruditur: itaqꝫ panis relinquitur durior. Leniter autem cũ recalescit humor cõsistens ab igne diffunditur. Humidiorqꝫ proinde existit.

¶ Cur farina tritici resiccata minus constipetur q̃ ordei? An quod itercapedine vacãt: que ex partibus constant minutissimis: ⁊ plura que grauiora sunt: compressa suapte pondere tantundem occupant q̃ pauciora. Sed farina ordei crassiuscula est: itaqꝫ siccata. compesci itaqꝫ i minus cõtrahi potest: vt quod minus est suo compressu plus illud constipet in seipsum capessatqꝫ: triticea porro particulis minutissimis iam constat. Itaqꝫ non ideo resiccatur vt partes reddantur minores: sed vt leuiores efficiantur minusqꝫ constipentur suo compressu ⁊ nutu. Natura enim grauior farina triticea q̃ ordeacea est.

¶ Cur allia ⁊ cepe quo scicciora serantur eo meliora possint euadere. Cetera autem deteriora? An quod omnia istiusmodi maxime plena humoris cõsiciuntur. Itaqꝫ terre cõmissa sicciora temperamento cõmodo germinare incipient: adde quod minus putrent: cũ sicciora seruntur.

¶ Cur allia ⁊ cepe sole ex plantis recondite germinare possint? An quod humore alimẽtoqꝫ sunt referte. Copia igitur alimenti est quod germen efficere queat. Idqꝫ cõstat argumẽto tum squillarũ: tum etiã bulborꝫ: qui idem facere possunt. Crescere autem quoqꝫ solet cũ tempus venerit.

¶ Quas ob causam que aqua frigida irrigamus dulciora q̃ que tepida euadant? An quod sic interclusum calidum salsius est: vt calidius quod salsum: dulce autem ita cõtrarium vt frigidum est ⁊ alimento oleribus humorem vnde saporum genera oriuntur.

¶ Cur allia cum excaluescunt: plenius q̃ recens edita olent? An quod recentia humoris multũ adhuc extranei continent: quo fit vt vim suam integram habere nequeant. Cum autem decocta iam sunt secreto humore illo inutili. Tum suũ odorẽ sincere adipiscuntur: qui scilicet acer est. Quinetiam ceteri nuper editi fructus dilutiores sunt: ⁊ cepas recentiores ob eam causam minus acres sentimus.

¶ Cur fructus myrtorum non conditarum: magis q̃ folia defluant: conditarum autẽ reseruatarumqꝫ alga vt fit folia defluant fructus adhe-

reant: An ita euenit non conditis quoniam natura sancitu3 est: vt fructus peracta decoctione flacescant ac decidant. Que quidem decoctio repositis agi nō potest: sed catenus tm̄ efficitur vt alge vapor prohibeat: ne humor fructus inmutetur. Folia contra cum flecent decidunt: alga autē vt salsa exiccandi vim habet. Ergo non idem folijs accidit arbori adherentibus τ conditis modo quo dictum est.

Quam ob causam cucumeres: cognomento pepones optimi palustribus planis idest humidis fieri soleant: vt apud orhomenum τ in egypto: aquarum etenim vberem terram esse egyptum putamus: cum ergo cucumeres qui humidi sunt: τ ob id orbēses ac rigui minime laudati locis palustribus que madida sunt egregie fiant. Utrum ꝙ ob terre que duritia3 altius cogimtur descendere. Solum nanq3 limosum ac planum maxime indurescit. Qui autem altius innituntur meliores euadunt. an ꝙ terram siccam esse oportet: quoniam cucumeres natura humidi sunt. Ita enī sequetur vt per retractu3 in mediu3 veniant: palustris ꝯo si plena altaq3 fit: alimentum nec exiguum prebet propter soli altitudinem locumq3 ipsum neq3 nimiu3 quoniam solum reficcari necesse est.

Quam ob causam rutha τ nōnulla pigmenta odora sudorum faciant feditatem: An quorum in odore grauitas est atq3 acritudo hec cu3 excremēticijs mixta humoribus deprauare odores possunt.

Qua de causa rutham fascinationis remediū esse aiunt: An propterea quia tum effascinari se credunt: cum aut voraciter edunt: aut incommoditatum aliquarum tenentur suspitione: aut cibum habent suspectum quem capiunt: itaq3 cum de mensa eade3 quid priuate sibi assumūt: participem intuentem quēpiam faciunt.

Cur ignis hominem nigrum nō reddit: fictilia reddit: sol contra hominem nigrore afficere potest: fictile non potest: An non eade3 vterq3 ratione agit: sed sol adurendo nigrificat. Ignis fictilia replet: obducitq3 fuligine: que fauilla pretenui dum carbones franguntur simul τ flagrant: contrahitur hominem nigru3 sol reddit: ignis minime: quoniam solis calor lenis mollisq3 est: τ pre sua tenuitate cutem ipsam leuiter per summa adurit. Quum itaq3 carnem non attingat dolorem nullum potest infligere: quoniam vrat nigrorem inuehit ignis profecto vel nihil tangit vel intro irrumpit. nam ambusta quoq3 ignis atra redduntur. Uerum hic non catenus tantummodo vrit quatenus calor ater se pandet τ auget.

Cur homines cū senescunt nigriores reddantur: An quia res omnes excepto situ nigriores: cum putrescunt euadant: senectus autem non nisi quedam putredo est: ad hec cū sanguis siccescēs nigrior reddi soleat merito senes sunt nigriores. Sanguis etenim est qui nostra corpora colore attingere valeat naturali.

Quam ob causam oleum sol candefacit: carnem nigrificat: An q2 olei terrenam eximit partem que nigrioris causa est vt etiam vinum fortis ratione terrene nigrū est. Carnem ꝯo nigra3 propterea reddit: quoniā vrit. Terrenu3 nanq3 omne cū vritur nigrū effici solitum est.

Expliciunt Aristotelis ꝓblemata: que Theodorus Gazes Thessalonicēsis olim e greco in latinum conuertit. Eaq3 nuper vltima emendatione emendauit.

¶ Victor Pisanus Ludouico Mucenigo precellenti eloquentia viro. S. P. D.



Singularis doctrina: facundia minime vulgaris: insignisq; tua prudentia Ludouice Mucenige: me iāpridem ad te amandū: & obseruandum compulerūt. Tua porro lenitas fecit: vt mutuus inter nos amor intercederet: vt alter alteri cum sors ipsa tulit congratuletur: pariterq; condoleat: sicut in presentia mihi faciendum duco. Nam cum proximis diebus apud preceptorem nostrū Georgiū Vallā: sicut de more ad eum ventitare consueui: essem. audiui impressorem quendam: qui eius opera imprimere & euulgare consueuit: Alexandri aphrodisei problemata: que olim latina fecisset ipse Georgius valla: sibi imprimenda vehementer exigere: ꝙ Nicoletus nostri temporis philosophoꝝ omnium acutissimus edenda esse duceret: atq; magnopere hortaretur: a preceptore quoq; nostro Valla accepi idem vt faceret hortari cū multos: tum Lazarum quendam dactylum Placentinum medicum longe prestantissimum: quem alterum nostri temporis Galenum frequenter solet appellare: ita admiranda quadam doctrina precellit. Hoc cum audiuissem: auidissime mihi ipsum ostendit librum poposci: quem cum legissem Ludouice mi rerum tot tantarumq; cognitione: & orationis splendore incensus rogaui apprime vt imprimeretur: nec me continere potui: quin tecū in tanto congratularer commodo: adeo enim argute de hominis natura brutorumq; rerumq; ceterarum videas hunc philosophum medicumq; precipuum disserentem: vt non hominem sed naturam ipsam rerum loqui nobiscum credas. ea porro interprete oratione nobis exposita vt ipsum iustum philosophum non alium nobis que dicat referre existimes. Proinde nostre huic congratulemur ciuitati: ꝙ talem nacti fuerimus virum: qui doctrina tam multiplici & precellenti sit: vt nostrum illustret seculum. ita quotidie nouum in oībus passim sententijs aliquid emergit: ac vt adhuc magis nostre ciuitati congratulemur: hunc sublimem doctrina virum preceptorem nostrum in diuerso dicendi genere multiiugos discipulis suis fructus ingerere. alij ipso dirigēte rhetoricos: alij poeticos: alij mathematicos componunt commentarios: ac vt alij in latinum greca conuertunt: ita inter ceteros vnus in dicendo minime infans hystoriam a prima hominū memoria ad proxima vsq; tempora decem & nouem encadibus conclusam in latinum transfert. vbi preter ea que in toto orbe terrarum gesta sunt videas disciplinarum non inuentores modo: sed etiam quid illis subdiderint correxerintue: que priores ingenio suo aut alieno memorie prodiderunt: & quemadmodum ab exiguis principijs quasi per gradus: ac per manus ad summum culmen omnes conscenderint discipline: dij immortales: quantum nobis illuxit bonum: quam multiplex ex vno viro emanat fructus: & in posterum annuente deo: vnde bona omnia: futurus est. at iam hec missa facio: si enim prosequi velim vt ipsa deposcit materia nullus eius laudum finis inueniretur. iam igitur te ad eius visendā in scribendo peritiam & Alexandri aphrodisei prestantissimam dimitto doctrinam.

¶ Georgius Valla Placentinus Joanni Marliano mathematico: et in tota philosophia medicinaque prestantissimo salutem plurimam dicit.

Alexandri aphrodisei philosophi ac medici prestantissimi problemata: hortatu et auspicio tuo in latinu vir longe doctissime Joannes Marliane converti: q te interpretari ea velle mihi dixisti: ipsaque multis de causis tibi dicanda esse existimaui: et q a me discipulo tuo: cum medicinā mathematicasque scientias publice profiterer: tanq ab ea quam tu inserueris stirpe fructum aliquando reposcere iure tu quidez videaris. ego autem vel non poscenti si non doctissimos: vt tua ingens expostularet eruditio prestare possim: at certe non ingratos merito debere tibi videar exhibere: q me plane effecturuz cōfido. deinde q hec qualia sint perpendere: ac indicare te melius possit nemo: nempe cuius prestātis in omnibus bonis artibus doctrine nomen: vt res etiaz ipsa est tota non capiat Italia. deinde qd hunc laborez ad te meum fructum non mediocrē filiis tuis Hieronymo: Petro Antonio: Paulo eximie idolis in ipsis future eruditionis adolescentibus allaturum confido. quippe qui suam quandam talem presceferant prudētiam: itaque suam modestiam: vt cunctarum bonaruz artium studiis facile teneri videantur: ingenium certe peracutum elucet: et ne ad rerum quidem causas perscrutandas: explicandasque dialecticum acumen desideratur: neque ad geometrie excutiendas demōstrationes deest facūdia: qd certe psentibus nobis licuit intueri: et perinde has qstiones precipuas non reor modo: sed pro comperto habeo obseruaturos: presertim q quam vtiles sint vel ex eo coniectari potest. q cuz eruditorum multorū consensu quadripartita sit medicina: qd vel in ipso statim afotismorum exordio ostēdisse arguitur Hippocrates: arte que preceptis de rerum natura manātibus atque principiis perficitur: siquidem ei qd generationis fortuite est per quaz raro seruit. Verūtamen ne a fortuna quidem aliena putatur medicina. Cuz temporis opportunitatem vtpote in corpore fluido propter instabilem materiā captare conueniat. deinde experientia: nam et hec rationez exercet: atque confirmat: eāque morborum qualitatibus accōmodat. postea iudicio: qd cuz a diuina: vi que nobis in anima insita est: omnium que sub intellectum cadant sit capax: tria illa: artem: experientiam: occasionem dirigit atque diiudicat. Horum inquam nihil est qd hic aphrodiseus Alexander nō attigerit in cūctis sane excellens in primis autor. At ne sola quidez hic medicine eminet vtilitas: verum ois prorsus humane vite ratio percipitur: q precepta ad bonos habitus comparandos adhibeat: non corporis modo: sed etiā animorum: qui purgationes corporis ad animū quoque transferuntur. At cū anime cibus incorporeus sit eruditio: hinc nobis licet intueri: q ad corpus ptinenduz: q ad mentem instituendam salubria nobis precepta tradiderit: nec sparsim modo: sed etiā que sint querēdi genera: quorque sint pducitissimo breuitate: et pquā perspicua claritate contexuit: que pponant cuncta diluere docens. At qm de questionum generibus fecimus mentionē: neutiquā remur alienum quorūdam doctissimorum hac de re hic proferre sententiā. tria eniz illi questionum genera diuiserunt: vt eorum duo prima esse voluerint. Vnuz quidem qd rem spectet infinitam: sine aliquo definito complexu. alterum autē qd rem definitam spectet: et eorum porro vtrūque in duo alia genera partiti sunt. alterum qd ad cognoscendum: alterum qd ad agendum referatur. nam aut ipsa cognitio: scientiaque perquiritur: vt medicina sit ne scientia an ars: aut agendi consiliuz: vt sit ne medico capescēda cibos suggerendi cura. cognitionis autem tris species faciunt: coniecturam: diffinitionē. consecutionez coniectura est vt cum querit sit ne in magica vis vlla medicine. diffinitio: vt quid sit medicina. consecutio: cum querit quid quāque rem sequatur: vt quāobrem inter biles qui atram bilem euomunt magno laborant periculo. actionis vero duas volunt esse species. vnam ad psequendum aut declinandum: vt quibus rebus ad bonum habitum corpus perduci possit: aut malum habitum deuitare. alteram que ad aliquod commodum vsumque referatur: vt quēadmoduz apud egrotum se habere medicum conueniat. rursus coniecture rationem in quatuor partes distribuerūt. nam aut qd sit querit: vt quis sit corporis optimus habitus: aut que sit origo cuiusque rei: vt que sint nālia pincipia cuiusmodi sūt oēs obscure. aut in rebus nālibus: aut ceteris disciplinis causarum rōnumque qstiones: aut cause tractatio: vt si queratur cur eminentissimi autores de nature principiis aut in egritudine vna tollēda inter se dissentiāt: aut de immutatione: vt si querat num in hominis anima morte aduenīēte intereat scientia an cōmutetur. diffinitioni ppietas: et diuisio et partitio deputantur: vt quid in omnium mente quasi impressum sit: cum quid cuiusque rei propriū sit exquiritur: vt in hominem ne solū an etiam in beluas cadat mestitia. Cuz res distribuitur in partes: vt si querat: quot sint motuum species: siue illi anime siue corporis sint: aut cuz que sit forma et qsi nālis nota cuiusque rei describitur: vt quenam forma vrine sit que sanitatem pretendat aut contra. consecutionis duas faciūt species. nam aut simplex est questio: vt si querat cur oui vitellus facile cōcoquatur. aut ex comparatione: vt vitellus ne an albumen facilius concoquatur. de expetēdis fugiēdisque rebus: vt expetendum ne sit egroto quicquā et pariter fugienduz. de equo et iniquo: vt equum ne sit humana oia diuino administrari consilio: pertinaciter defendere. Cōparationis due sūt species. Vna cuz idem ne sit an aliquid intersit querit: vt pus et sanies: eunuchus et spado: vt ab Aristotele qsitum est. altera cū quid prestet aliud alii queritur: vt plus ne ad comparandam medicinaz prosit experiētia: an ars: occasione: aut iudicium. preterea non mō quid vtilius: sed quid vtilissimum. Que vero referunt ad agendum eorum duo faciunt genera. vnum ad officiuz quo in genere quid rectū: faciendūque sit querit: vt que inspicere queque pcunctari medicū apud egrotū conueniat. alterum ad motum animi gignenduz: vt qm ac vt a medico animandus est egrotus spe: aut econtrario terrendus: et quasi suscitādus sit. Hec fere sunt tradita a veteribus questionū genera. vnde pblemata varia que latine quidam proposita vocant: Quintilianus ambiguitates: alii questiones. At quoniā grecum vocabuluz. apertius vsu imperitante nobis occurrit: greca potius vtendum nobis appellatione cēsuimus. Denique qm nos: vt in prefatione iam satis multa locuti videmur: Alexandro ipsi aphrodisco cedamus me interprete locuturo.

¶ Alexandri

¶ Alexandri aphrodisei pblemata p Georgiuz Vallam Placentinum in latinū translata.

Proemium.



Roblematū quedā p se sunt fidem faciētia ꝛ cognita : oīs ambiguitas ac qōnis experntia. Nemo eniꝫ vt arbitroꝛ sane mentis dubitauerit cur volucrib⁹ plumas nā largita sit. Quilibet enim sagax fouēdi causa p vestimētis primū circūfudisse assereret: deinde decoris grā : terrestribus aūt aīalib⁹: ꝛ que eunt pedibus pilos : serpētibus squamas: aquaticis corticē: aut crustas : cuiusmodi sunt que ostrocoderma: id est crustaceā seu testaceā pellem habētia nūcupāt. Et rursus quāobrē aliȷs qdēꝫ cornua: aliȷs autē aculeos: aliȷs vo vngues. ꝛ eos aut acutos: aut aduncos: seu id genus aliud: quo se ab īfestantibus reddant tutiora: vtpote nālibus qbusdā telis adiuta. Fruges āt oēs ad ortū ac gnīs ppagationem nā pducens corticibus: aut corporibus quibusdā humidis : aut lignosis: aut huiꝰ tunicis custodiuit: eas tanq̄ȝ in arcula aliqua ꝯtegens: ad algoris aut estus: aut noxiaꝝ quarūdā aīantiū effugium. nimiꝝ multis ipsum oīno inutile non reliquit indumentū: sed ad nutrimentū ac cibuꝫ cōparauit opportunū. Ipsas aūt stirpes folȷs ꝛ corticibus ac filibus pennaꝝ aut villorum loco circūdedit. Preuidit eniꝫ ne imoderatus algor aut estus has possit ꝯficere: nōnullas porro pro iaculis spinis armauit: ne a bestȷs absumerent: atqꝫ affligerentur: eas quoqꝫ varȷs floribus ornans ꝛ decoris causa coronauit: quos tanq̄ȝ nuntios ac precones ad erupturuꝫ moꝝ fructuū ortū premisit. Quicūqꝫ igit̄ huiꝰ cognita ꝛ aperta student explicere amentes propemodū sunt. qui ambigunt nūquid igni sit insita caliditas: a tangendi sensu sunt imunes. qui porro in ortu ꝛ interitu seriem motum positu: confirmationem: colores : ppietates: vt nā ac rō prouidēter obseruat nō admittūt: punitioni obnoxȷ sūt. Hec nimiꝝ per sese sunt cognita. At quedā prorsus sunt insolubilia : ꝛ soli deo cognita : qui eorum constituit essentiam. Opifex eni si qn̄ aliqd excogitando opus ꝯfecit: oēs eius actionum causas plane percallut. vēꝝ rudis causaꝝ oīno est expers. Dubie itaqꝫ qōnes sunt huiꝰ: quāobrē leniter lancinari atqꝫ attrectari sub alis: aut plātis : aut lateribus ridēt: siue qua de causa audientes aliquos marmora atterentes: aut secantes: aut stridētes: aut ferrū limantes: dentib⁹ euestigio inhorrescūt. seu qua de causa ex frigidis frugibus dentibus stupore affectis frigida portulaca cōmode medeat̄: nec sunt ꝯtraria ꝯtrarȷs medicamina : veruꝫ similia. Uel cur lapis magnetis solū attrahit ferrum: electrū quoqꝫ paleas ꝛ stramēta solum dicit̄ insigniter trahere: ꝛ leo gallū dūtaxat metuit. Gallina quoqꝫ que oua nobis domi parit se stramētis toto corpore ꝑpurgat. Coturnices elleboꝝ comedūt hominibus letalem. Sturni aūt cicutam: scamonea flauā attrahit bilem. Colocinta ꝛ agaricum ꝛ albus elleborus: euforbiumqꝫ ac coccus gnidius pituitam. Niger aūt elleborus ꝛ epithimum atram bilem. Sunt qui purgamentis aluum cohibent: a cohibētibus vo eā potius ciunt ꝛ purgāt. Sūt etiā qui inter nauigandū comedendi exacuant appetitū cibū facile trāsmutātē: oīs a mari excitate grauedinis ignari. Infinita possem tibi recensere: que sola experientia cognita sunt: quippe que a medicis occulte ppietates appellātur. Quod āt suum vniuscuiusqꝫ occultum est: id parū habet cuius reddi causa possit. Male enim quidā hoꝝ solutiones subitarias efficiūt valde inutiles: nec fidem facientes. Aiunt enī purgamina caliditate humores attrahere: quod plane falsuꝫ est: nam omne calidūꝫ purgatoriū esse oportuit: atqui ecce tibi piper: qd cū sit calidū: non tamē vim attrahendi habet: sed ꝯcoquendi roborādiqꝫ. irideꝫ ꝛ mastice ꝛ aloe: nec e diuerso rōnē ꝯuerti dicimus. oē eni purgatoriū temperamēto calīn esse: vi autē educere egerereqꝫ fatemur. nec oē calidūꝫ statim etiā vi vlla purgatorium est. Aiunt preterea struthocamelum ferrū non proprietate vlla: sed potius calore concoquere: qd ꝑfecto insulsuꝫ est. leo nāqꝫ cum hoc ipso aīali sit feruidioꝛ: nō tn̄ ferrū cōcoquit. Ne apud medicos quidem ppietates sunt solos: verū etiam ꝛ apud philosophos ꝛ grāmaticos: que passiones siue pathe appellant̄ ex vsu annotare. Oportet igit̄ ea ad q̄stionem proponere: que medium teneant locum : ꝛ ad cognitionem habendam eoꝝ minime ambigua sint: sed qualiacūqꝫ sint: vt solutioni subȷciant̄. Sane omnium que dicunt̄ quedam falsa esse omnibus sunt cognita: q̄dā pre se ferūt veritateꝫ: ꝛ eoꝝ alia qdē certa oībus ac cognita: nōnulla oībus sunt occulta: solutionē a nobis nō admittētia. alia vo mediā quādā nām gerunt: de qbus nūc loqui nobis in animo est. Deniqꝫ soluendū omne pblema aut a tēperamento: aut a formatione: aut ab actione ; aut a similitudine in passione: aut a colore: aut a sensus persuasione: aut per equiuocationē: aut actionibus que ex potētȷs magis vel minus ꝑficiscant̄: aut per id qd durius: aut rarius: aut maius: aut minus: aut a tempore ꝛ etate: ꝛ ꝯsuetudine: aut per essentiatū (hoc nouatū verbū paulo durius: pro eo qd greci dicunt vsiodes: qd est p essentie habituꝫ) vsus mollit: aut per accidens: aut a similibus: veluti in pblematis que dicta sunt comperies: has igit̄ regulas secutus oē dubitatum ad demonstrationem poteris aduocare. At qn̄ non satis esse putanduꝫ est vniuersalem adhibere doctrinam: sed cōuenit ei qui doceat pticulatim ꝛ membratim hec sub manuꝫ adducere. Jam questiones ac solutiones ordiamur.

MACROBIVS

¶ Deniqꝫ sturni vescunt̄ conio nec fraudi est eis: quoniaꝫ q̄litate sui corpis venenū succi lethalis euadunt. Frigida enim vis eius est succi: quā subtilibus poris in cordis sui sedem ducētibus ꝑcoqua digestione ꝑueniūt prius q̄ȝ vitalia ipsa pretemptet.

IDEM ALIBI.

¶ Elleboꝝ aūt periti loquunt̄ escam esse ꝛ alimoniam coturnicū: eo q̄ nāli quodam temperamento sui corporis vim pabuli nocentis euitent.

Problema pᵐ.



Vare vitrea vasa p hyemē calore aliquo vehemēti adducto frangunt̄? Qm̄ ex circunfuso aere plurimā p totū corpus suū excipit frigiditatē. Cū igit̄ non ꝑus calefactis feruētē aquā ꝯfestim īfundimus: nō dubium qn aduersantē sibi frigiditatē caliditas ꝑsequat̄ : vt ipsaꝫ ꝯfestim cū spiritu diffugere necesse sit: ꝛ pinde vitreoruꝫ vasoꝝ sequi discussionē. dabimus eni vitreis corpib⁹ spiramēta vtcūqꝫ sub visuꝫ ꝛ sensuꝫ nō cadant. Ceteꝝ q̄ ad hui⁹ rei nām: verūqꝫ spectat tenuissimū fere aerē admittit. ¶ Sūt qui dicāt vitrea corpora imēso frigore obdurescere ꝛ siccescere: ꝛ qcqd in ipsis tenuiuꝫ partiū sit. i. humorē aut aerē exprimi ꝛ eȷci atqꝫ exuri : itaqꝫ idonea ꝑstari vt discutiant̄: ꝛ effrigant̄ veluti aridissima ligna. ita eni ꝛ Hippo. aiebat venaꝝ algorē frangibilem. atqui feruor imoderatus corpus offendens vitreum ipsum adhuc

impensius exiccans ad confringenduꝫ ⁊ discutiendū reddit accōmodatius: ꝙ si prius remollescat mediocriter calefactū: neutiq̄ cedit: quāobrē pugilles quoqꝫ luctaturi a lanistis prius oleo perfundunt̄: ⁊ phonasci canturi prius guttur ⁊ fauces fouent ⁊ spiritus molliores meatus reddunt. frigiditas itaqꝫ deducta spiramenta cōperiens facile cū spiritu diffugiet: ⁊ vitri quicquid molle fuerit calori cedet: nec statim discussioni erit obnoxiū. Qr aūt spiramentū vitrea habeāt corpora: vel ex vasis nobis id licet testaceis intueri. infusa enim in hyeme aqua exudat cum picata fuerint. est quoqꝫ videre e corpe vitreo erūpenteꝫ ⁊ exhalantē fumū per hyemem cū feruentē aquā infuderis: necnon citreuꝫ sectum ⁊ expissum extrinsecus appositum brassice incluse suam prebere qualitatē. 2.

¶ Quare pueri ⁊ presertim infantes in humum lapsi non facile sauciantur: quēadmoduꝫ viri: Propter mollitiem inquam corporis terre solo cedentem: quādoquidem dissipant firmitudinem ⁊ duritiem quo minus offendat: viri āt cuꝫ duro sint corpore duritie terre aut lapide aliquo offensi plage tenorem intendētes a lapide: vtpote duriore eis aliquid infligi necesse est. Eadem est ratio cur etiā spongia excidens non frangitur: cum vitruꝫ aut testa: aut huiusmodi corpus durum procidens frangatur: atqꝫ ita per similitudinem hec dixeris ꝯuenire. Et ob hoc etiam vehemens venti motus quercuꝫ quidem deycit: arundinem vero non: quoniam quercus quidem vtpote dura ⁊ valida: ⁊ ample magnitudinis vento obuians vim eius intendit. arundo autē quippe que inanis ⁊ mollis: ⁊ exigua venti hinc ⁊ illinc flatui cedēs: eius vim dissipat atqꝫ dissoluit. Eadē rōne ⁊ pugil aduersario suo obuius eius vim auget atqꝫ exuscitat: quem quo magis cedens circunduceret huc illucqꝫ se transferret: citius illius exinaniet firmitudinem.

QVINTILIANVS.

¶ Et patiētior est laboris nā pueris q̄ iuuenib⁹: videlicet vt corpora infantium: nec casus quo in terrā totiens deferuntur tam grauiter affligit: nec illa ꝑ manus ⁊ genua reptatio: nec post breue tēpus cōtinui lusus: ⁊ totius diei discursus: qꝛ pondus illis abest: nec seipsi grauant. sic animi quoqꝫ credo: qꝛ minore conatu mouent̄: nec suo nixu studys insistunt: sed formandos tantūmodo prestant: non similiter fatigantur. 3.

¶ Quare īfantes apud nutrices cantus audiētes si fleāt ⁊ vagiāt cōquiescunt: motati autem dormiunt: Quoniam musica velut ⁊ omnis sciētia: atqꝫ ars cū anima assueuit: sicut ⁊ caliditas igni insita est: vt etiam Plato censet sciētias recordationes anime esse nō doctas: audiens igit̄ aīa huiꝰ sonum ex canentibus recordatione mentem ea subeunte infantes placari compelluntur. ꝓinde ita allecti in saporem perducunt̄. Cum aūt in corpore impolluto ac purgato est: scientias integras hꝫ: polluto vero in corpe tanq̄ in obliuionem ipsaꝝ peruenit mediocrem. 4.

¶ Quare nutrices infantes in soporem deuolutos motāt: Qr humores ex motu fusi cerebruꝫ moueant: lꝫ in etate perfecta hoc minime pati tolerent. 5.

¶ Quare aliqui valde ebry dupla vident: Qm̄ ex multa humiditate oculoꝝ repleti musculi: plus aut min⁹: ⁊ molles effecti atqꝫ contracti diuertūt atqꝫ distrahunt oculos: alteꝝ quidē sursum: alteꝝ vero deorsum. Proinde superest vt oculoꝝ rady non in eundem pariter locum proferantur: sed in distātes locos ⁊ corpora: atqꝫ ita vterqꝫ oculus sua spectans duplam efficit visionem. Quod autē hoc verissimum sit ex eo profecto videri certum est: ꝙ alterum digito oculum prementes ⁊ sursuꝫ versus propellētes dupla cuncta spectare videmur.

ALBERTVS Aleman⁹ in li° Arist. de sensu ⁊ sensato.

¶ Quare vnum videtur duo: Ex diuersa dispositione rei vise dicimus ꝙ quatuor sunt cause quare vnum videtur duo ex parte ipsius vidētis. Quaꝝ prima est: ꝙ cuꝫ neruі optici ab oculis ad anteriorem cellam cerebri directi intersecant se ad modos linearum trianguli: cuius talis est distantia mensure: que est inter duos oculos cōtingit aliquādo elauari vnum neruorum vel alterum releuiorum a loco cōtactus: ⁊ tunc illud qd̄ recipit ab oculis ⁊ trāsiēs a spiritu visiuo ad sensum communem contingit se in aliquo puncto vno: ⁊ tunc propter duos oculos lumen bis nuntiantes vnū videt̄ duo: ⁊ hoc cōtingit quotienscunqꝫ exprimitur vnus oculoꝝ quasi semimulsus suppositione digiti. Secūda causa est ꝙ aliquādo spiritus visiuus qui a capite discurrit in oculos propter aliquam ventositateꝫ inclusam in ipso vel in oculo: vel ꝓpter aliquem calorem non naturalem agitātem cuꝫ: mouetur extra metas mensure nālis dextrorsus: vel etiā sinistrorsus in oculo. ⁊ ideo accipit formam: quasi formam motam a dextro in sinistrum oculum. ⁊ ideo apprehendit omne quod apprehendit quasi dissensum in duo lateraliter sibi coniuncta. Tertia autem causa est in opposita redundantia quando mouetur spiritus introrsum ⁊ extrorsuꝫ: ⁊ introrsuꝫ quidem respectu sensus cōmunis: extrorsum vero ad oculi crystallinum vt percipiat formas: tūc enim continue reddit ⁊ accipit: ⁊ anteq̄ compleat̄ redditio incboat: ita acceptio qū sensibile manet ꝑsens: ⁊ tūc vnū videtur duo. Fiet autem hoc accidēs in spiritu aliquādo ex multo humore calido: sicut in ebrys: qꝛ calor vini mouet in opposita: ⁊ humor multiplicat fluxum: ⁊ sunt iuxta hoc accidens valde multa accidentia. Cum enim aliquis nauigat: eo ꝙ vnā partē accipit: ⁊ anteq̄ eā reddat sensui cōmuni immutatur ab alia: ⁊ accidentia coniungit eadē ex velocitate motus spiritus: ꝙ videntur ei moueri omnia similr̄: aut si extremitas virge circunducatur: que flexibilis est: ⁊ accipit̄ situs eius in vbi vno: anteq̄ reddatur accipitur in alio ⁊ in tertio: ⁊ sic continue variatio illius situs accipitur ⁊ reditus: ⁊ videtur describere basim pyramidis: hec est causa quare gutta aque cadens videtur esse linea recta continua: ⁊ videtur quasi punctus continue fluens. Inde etiam contingit ꝙ ventositate vel alia causa in anteriore parte capitis vertiginem faciente omnia videntur moueri: ⁊ cadit in partem ad quā tenet se tanq̄ altera pars cadat. Quarta autem causa est expressio tunice perforate in ea. Cum enim illa premitur intus: ⁊ cedit introrsum: ⁊ tunc coangustatur foramen: ⁊ videtur res minor q̄ sit aliquando antecedit interius: ⁊ tunc foramen dilatatur: ⁊ videtur res maior q̄ sit. Ex parte autem visibilis vnum videt̄ duo subiecta: in quibus est fm̄ diuersum esse ipsius: sicut in speculo. 6.

¶ Quare natura strabi dupla non vident: Quoniam peruersionem oculoruꝫ sursum versus aut deorsum non habent: sed dextrorsuꝫ ⁊ leuorsuꝫ. ⁊ rursus oculi nacti eundē situm duos inquam in recta linea suos per eundem situꝫ habent radios in corpus vnum concidentes: atqꝫ ita vnū colorem ⁊ qualitatem vnam referunt in sibi obiecta resumendo. 7.

¶ Cur pubescentes pueri hircissant circa quartūdecimuꝫ annum: Qr tum natura humana corpora dissocians multā repentinam etatis mutationem efficiat. eoꝝ auteꝫ que diximus ipse effectus fidē facit. intueri siqdē nobis licet feminaꝝ vbera augeri ꝓꝑ lactis coitionē. item ⁊ circa coxēdices loca ꝓpter fetus expectationem: mariū vero thoraca ⁊ humeros propter impositoꝝ grauium corpoꝝ portationem: testiculos autem propter seminis susceptioneꝫ ⁊ moram. pudenda porro propter facilem seminis accessum:

sum: explicatur quoq3 ipsis vniuersuz corpus: veluti mor borum mutationes indicant: ꝛ solutiones circa decimuz ꝛ quartum annum progenite: necnon vocis asperitas que raucitas appellatur hircire facit: ex hircis ita vocem efferentibus sumpta translatione. inter explicandum enim asperā a principio arteriā accidit alia quidem eis magis. alia vero minus deduci. quippe ꝙ inequale ipsis corpus iuxta interiorē superficiē existit sauciū tenus. Spiritus igitur per has exiens partes tanq̄ precisus propter vie inequalitatem vocem etiam efficit inequalem ꝛ asperam ꝛ raucam: hoc etiam patiuntur pituita occupati: in asperam pituita inquā defluente arteriam: quandoquidem a defluente humiditate ꝙ intus leue omentum inequalitate repletum inequalem etiam spiritus exitum efficit: talem scito ꝛ hircorum asperam arteriam ꝛ guttur propter plurimā humiditatem. Et oleuz plurimū bibentes tales esse alios porro ob continuos vna validos clamores ob siccitatem aspere arterie inequalem etiam vocem habere arbitrator: gruum nanq3 ꝛ aspere vociferantium volucrum arterie effecte sunt natura omnino aspere. Demuz post pubertatis annos puerorum cessat hircissatio: ꝙ aspera arteria omnifariam absolute explicat suapte natura etiam equalitatem admittat. 8.

¶ Cur potum oleum vomitum ciet: ꝛ presertim flauam bilem? Quia cum sit leue ꝛ superna petens cibos elicit ipsos ad stomachum eleuans: stomachus autem grauatus vim egestiuam ad vomituz exuscitat: precipue flauam bilem vtpote leuem ac tenuissimam: ꝛ facile sursum versus euadentem. Quod autez oleuz sursuz petat experientia ipsa manifestum: humido siquidem alicui ammixtuz in superiores se e vestigio recipit partes. 9.

¶ Cur inter cetera liquida solum oleum non remiscetur? Quia cum sit glutinosum ꝛ in se reductum nequit dissecari: ꝛ in minutas diuidi partes: reliquisq3 ammisceri liquoribus: inde in terrā fusuz ipsam ilico nō subit. 10.

¶ Cur oleum ꝛ aqua frigore densescit: sed neutiquā vinuz aut acetum aut garus? Quod oleum quidem qualitatis fere sit expers: ꝛ potius temperatuz statim frigescit atq3 adeo vt inter euaporandum frigefiat: aqua vero vtpote frigida se frigidior effecta facile coit. At garus vtpote suis partibus tenuis ꝛ calidus non continuo frigefit: eodem modo etiam vinum: acetum autem vt tenuissimarum partium omnem respuit concretionem. 11.

¶ Cur qualitate diuersa idem efficiunt? Nam tam frigus q̄ calor humidū cogit: ita siquidez nix ꝛ ius frigore pariter coeunt ac concrescunt. Emplastra aūt in vesica calculi caliditate siccescunt ꝛ obdurescunt: alia inquam atq3 alia id fit actione. nam calor frigiditatem multam depascitur atq3 absumit: frigus autem densitate lutosum reddens: squalentem sordescentemq3 humiditatez exprimit sicut spongia manibus compressa: humidū quod in meatibus continetur effundit. 12.

¶ Cur sepenumero rigor sedatur horrore aliquo aut fragore aduentante preter rigore affecti cogitationez: aut aqua ꝯfestim infusa? Quia sepe humoribus pridem concoctis ꝛ attenuatis nālis caliditas vehemēs ꝛ subitaria a cute introrsuz profugiens morbosuz humorē ꝯsumit: differt ac distrahit. idē etiā efficit theriaca: ꝛ plurime calide ac sicce qualitates facilem concoctionem adepta. 13.

¶ Cur circūuoluti preter ꝯsuetudinem concidunt? Quia cogunt animalem in cerebro spiritum turbari ꝛ in humoribus cōmoueri: deinde non etiam idoneum fieri ad potentiam animalem suscipiendam: nec sinunt vim sensibilez ac mobilem ad musculos ꝛ neruos perferre actionem: ꝛ perinde sequi necesse est vt corporis onus non vectū atq3 comportatum ab anima ad terram feratur: ad quā prius nutat: ob hoc aūt tenebras vident ꝙ videndi spiritus in eis turbatus sit: ꝛ ne quidem sensibus ceteris satis ex sententia vtuntur. Quod si pedetentim plurimū volui assuescāt id perraro fieri solet ꝙ ꝯsuetudo animā a nā nō auertat: sed diuturno tpe efficiat familiarē. Quod eni repente ac iugiter fit id nescit auersari: neq3 vspiā mutationis sibi cōparat defensionē.

MACROBIVS.

¶ Cur qui ita se vertunt vt sepe in orbem rotentur ꝛ vertiginem capitis ꝛ obscuritatem patiuntur oculoꝝ: postremo si perseuerauerint ruunt: cuz nullus alius motus corporis hanc ingerat necessitatē? Ex septem motibus vnus tm̄ in diuinis corporibus inuenitur: spheralem dico quo mouetur celum: quo sydera: quo cetera mouentur elemēta: terrenis animalibus illi sex precipue familiares sunt: sed nōnunq̄ adhibetur ꝛ septimus: sed sex illi vt directi sunt ꝛ innoxii. Septimus idem qui gyros efficit crebre cōuersum turbat: ꝛ humoribus capitis inuoluit spiramentū quod animam cerebro quasi omnes corporis sensus gubernanti ministrant. hoc est autem spiramentum qd̄ ambiens cerebrum singulis vim suam sensibus prestat. hoc est qd̄ neruis ac musculis corporis fortitudinem prebet. ergo vertigine turbatum: ꝛ simul agitatis humoribus oppressum languescit ꝛ ministerium suum deserit: inde fit his qui rapiuntur in gyros hebetior auditus: visus obscurior. postremo neruis ꝛ musculis nullam ab eo virtutem quasi deficiente fomentibus totum corpus ꝙ his sustinetur ꝛ in robur erigitur desertum iam fulcimentis suis labitur in ruinam. Sed contra hec omnia consuetudo quā sm̄ naturam pronuntiauit vsus illos iuuat qui in tali motu sepe versantur: spiramentuz enim cerebri quod paulo ante diximus assuetum rei iam non sibi noue non pauescit hunc motum: nec ministeria sua deserit: ideo consuetis etiam iste agitatus innoxius est. 14.

¶ Cur vitrea specula valde elucēt? Quia introrsus ipsa stanno illiniunt. Inest autem eius natura perspicua: ꝛ perinde vitro copulatum qd̄ per se lucet plus adhuc renidet radios suos per vitri spiramenta transmittens: duplicat qd̄ in superficie ꝛ extra vitreuz corpus est: atq3 ita ad modū elucentia euadunt specula. 15.

¶ Cur in speculis ꝛ pspicuis aquis nosmetipsos intuemur? Quod qualitas visus ad perspicua abiens corpora per refractionem radioꝝ qui ab oculis exeunt accedat ad sui aspectum. Quod aūt q̄litates oris excedat ne qdē mirū: idq3 ostēdūt qui apud arbores cōmorantur pallidū gerētes aspectū: quoniam pallida qualitas viriduz folioꝝ in os emanat: que itidem in profluentem aquā aut stagnū abiens ipsaz aquā viridem videri facit. 16.

¶ Cur pura antra ꝛ editissima loca: ac purgata faciunt ac remittūt vocis sonitū: atq3 responsant? Vox enim aerem percutit: aer autem locum: ꝛ quo magis percussus percutit: eo etiam sonitū vehementiorem gigni contingit. Humida vero loca vtpote que molliora sunt plage cedentia ꝛ ipsa laxātia sonitū nequaq̄ efficiūt: qualitati aūt ꝛ quātitati plage ꝛ vocis q̄litas quoq3 ꝛ quātitas plosus accōmodatur: male āt echo .i. reuerberatā vocē siue vocis imaginē demona esse fabulantur. non desunt qui dicant hanc panā adamasse: sed falso. Vir eni fuit quispiā sapiēs: qui primus desiderauit: exquisiuitq3 echus causam: quo qdnam esset dinosceret: ꝛ quemadmodum quicq̄ concupiscētes egre ferunt cum id non assequūtur: ita ipse quoq3 ante solutionem moleste ferebat: veluti etiā Endimion: qui primus lune cursum inuestigauit: noctu qdem vigilans eius

cursui inherens motusqꝫ exquirens: interdiu autem dormiens: hinc lunam eum adamasse fabulantur: atqꝫ ad eū dormientem accessisse: quando solutionem sibi cause reddit philosopho. Aiunt autem ipsuꝫ etiam pastorem: quoniam per solitudines ⁊ inuia loca ac editissima eius motū speculabatur: tabulaꝫ habuisse: quoniam circa sublimes locos ventorum sufflationes sunt maiores: aut ꝙ figurarum exquisiuit armoniam. Itidem ⁊ Prometheus cum sapiens quidam esset ⁊ celestis aquile causam ⁊ naturam ⁊ situm exquireret: ⁊ discendi auiditate absumptus conquieuit: hercule ab illo dubitata sua sapientia exoluente. 17.

Cur stante aqua in superficie non in profunda terra saxo proiecto in eam multos ex ipsa circulos erumpere cōtingit: Dicendum ꝙ iactus tenore lapis vndiqꝫ corporis sui aquam eminus prosequitur: atqꝫ ita gignitur circulus equalis: ⁊ equalem vim iactus tenori vim habens: ob immensuꝫ vo tenorem maior etiam est circulus: peruenit siquidem is ad terram vsqꝫ ⁊ continuo amplians ⁊ insecutus aquā eo ictu: merito deinceps multos efficit circulos corpori. primum in aque superficie circuli mouens interuallum exinde continue ad fundū descendens: ac rursus aquam dispescens alterum facit: idqꝫ ita quoad constiterit ⁊ quieuerit: interlaxanduꝫ autem lapidis tenorem pe depressum descendentis circulum tenuiorem facere contingit eo qui antecesserit: ob id quoqꝫ a lapide itidē aqua iuxta ictum distinguitur. 18.

Cur multi ex liene risum oriri arbitrantur affirmantes: in attractis scabrisqꝫ lienibus non eiusmodi affectus esse cuiusmodi sūt in robustis: quin tales potius tristes videri hoies aiunt: Dicēdū p accidens id esse nō pprie ꝙ lien risus sit causa. nā cuꝫ validus fuerit trahit ex iecore oēm feculentum: ⁊ melancholicum succum: atqꝫ ita puruꝫ dimittens in totum corpus sanguinem: cerebruꝫ mulcet ac oblectat nām animāqꝫ: sicut etiā vinū afficit ⁊ ad alacritatem agit: vnde risus excitatur. 19.

Cur mule nō fetificant: Qm̄ ex differentibus specie animalibus ꝯstiterunt: ⁊ ex differentibus per tēperamentuꝫ ⁊ nām feminibus: pinde mixtio aliud aliqd procreatura preter id qd̄ prius fuit procreantium naturam delet: veluti alboris ⁊ nigroris mixtio extremos colores delens: alterum colorem idest fuscum parit: qui extremoruꝫ nihil existit. pgenituū igit̄ temperamentū deletum est: ⁊ formarum proprietas.

PLINIVS.

Obseruatum ex duobus diuersis generibus nata tertij generis fieri: ⁊ neutri parentuꝫ esse similia: eaqꝫ ipsa que ita nata sunt nō gignere in oi aialium genere. idcirco mulas nō parere. est in annalibus nr̄is peperisse sepe. verum pdigij loco habitum: Theophrastus vulgo parere in cappadocia tradit: sed esse id aial ibi sui generis. 20.

Cur qui surdi nati sunt ijdem sunt etiam muti: Quia que non audierunt efferre: ac eloqui non queunt. quidam autem medici neruorum vnam esse coniugationem aiūt que ad linguam auresqꝫ pertineat: vt ea membra pariter affici necesse sit. Atqui ab euentu aliquo surdi: non cōtinuo idem sunt etiam muti: neruus siqdem solus audiendi affectus est. similiter qui ab euentu muti non continuo sunt surdi: suo enim in loco in lingue neruis gignitur morbus. 21.

Cur multi ieiunantes post assumptū cibum rigescunt: Quoniam ob nutrimenti serā assumptionem biliosi acutum humorem accumulant: post cibuꝫ igitur cum membra robur conceperunt: ⁊ bilem a se ad cutem propellant rigorem gigni contingit: bile membra lancinante ac ad ipsa persequenda insurgente. 22.

Cur sues si subuerse ac supinate portētur silēt: Quoniā preter alia rationis expertia animalia: semper he prone in terram spectant: puteore delectate: quem exquirunt. in subitaria igitur aspectus mutatione excepte ⁊ pculse sub lumine multo silent. quidam autem aiunt asperam arteriam angusta habentem spiramenta concidere in cataracte modum. 23.

Cur sues ceno delectantur: Eo nempe iuxta medicos suapte nā delectant̄ iecur habentes maximū in quo cupiditas est: vt antea putat Aristoteles qm̄ cum rictus ⁊ oris crassi sint late effusum olfatum habent: ⁊ qui tetrum odorem excipiat. 24.

Cur vlceribus ꝯualescentibus: ⁊ cessante inflammatione pruritus gignunt̄: Quoniam posteaꝗ̄ ꝯualuit ⁊ sanus effectus est qui languebat locus: reliquum longe arcet aduersantem nature humorem alentem vlcus: qui humor p cutem exiens ⁊ distractus prurituū efficit. 25.

Cur alterius e duob⁹ oculi grauiores morbi sint ⁊ diuturniores: Ob causam inquam duplicem: aut ꝙ pituita ad alteꝝ solum accumulat̄ oculum. Qd enim diuisum se imbecillius semper efficī: ⁊ minus efficax: ⁊ quo magis dispartitur: eo longe inertius est: aut ꝙ motus sanus oculus inter agitandum continue cogit etiam alteruꝫ totiens commoueri: illud sane presentissimum esse medicamen didicimus: totam languentem partem immobilem continere. 26.

Cur homo ⁊ perpetuo ⁊ impensius supra cetera animalia sternuit: Quoniam pluri ⁊ multipliciore ⁊ plus ꝗ̄ satis sit cibo vescitur ⁊ potu: ⁊ ob hoc ne ipsum quidem: vt conuenit potest concoquere: ⁊ perinde ob multam humiditatem multum cogit spiritum: qui vtpote tenuissimus ad cerebrum ascendens ipsum continue impellit ac suscitat ad egestionem: ⁊ sternutamentum. Crepitus igitur fit per angustos paris locos confertim erumpēdo: tanꝗ̄ qui ex sua sede reiectus: ⁊ ructus per stomachum: ⁊ vox per guttur: ⁊ sonitus per aures itidē: ⁊ per intestina murmur excitatur. 27.

Cur mortuis pili crescant: atqꝫ vngues ad tempus certum: Quoniam carne tabefacta partes circum ipsarum radices obtecte tuꝫ emicant fallūtqꝫ spectantes: ꝙ incrementi imaginē gerant. Quidam aiūt eos vere excrescere: quando quidem ex redūdante humore gignuntur. morticinia siquidem corpora a primordio in superfluitatem plurimā propter corruptionem factam resoluunt̄: ꝙ̄ per spiramenta ⁊ corporis extrema e corpore erumpens eoꝝ que dicta sunt ortum auget. 28.

Cur in digitis manuum potius ꝗ̄ pedum gignunt̄ que pustule nominant̄: ⁊ pueris potius ꝗ̄ etate pfectis. Qd̄ ex pituitosa redūdantia habeant ortū: atqui pituita pueris vtpote magis edacibus: ac magis ociosis redundat: pedū aūt vngues magis in motu: ⁊ deambulatione plus exercitati superfluitates discutiunt. 29.

Cur pili in pedibus non repente canescunt: Nempe eadem de causa: pedes enim in perpetua ⁊ iugi deambulatione in se dilabentem pituitosam redūdantiam differūt: distrahūtqꝫ qd̄ a canitie fuit alienum. At pubes etiā ipsa sero canescit: quoniā calidior ea exoritur ⁊ in coitu pituitam distrahit. 30.

Cur hominibus vox ⁊ ratio sero perficitur: Rationis autem ex partibus euestigio: aut saltem intra breue tempus quoniam variatior artificiosior: ac doctrine magis indaga. aut irrationalium longe simplicior: ⁊ naturalior: ꝗ̄ animalior. 31.

Cur

¶ Cur plurima animalia caudas iactāt ab ipsis videri cōsuetis. leo autem latera percutit furiatus: similiter autem ⁊ taurus: Quoniam tergi musculus habent ad ipsas vsqꝫ caudam protensum: ⁊ vim animalem ac mobilem continentem. anima igitur assuetum videri cognoscens tanq̄ manum aliquam: sicut in ipsis est videri hominibus caudam iactare compellit: que vim ipsius intus occultā aperit: debereqꝫ se cognoscit. At in leonum ⁊ taurorum animis: cum anima natura pariter agitata caudam vehemēter quatere compellit: quemadmodū homines inuenimur multa ira cōcitatos manus complodere: aut corporis aliā partem. anima siquidem ꝙ ledas cuꝫ amouere nō possit propere alio sibi modo ꝯsolutionē excogitat fremitu ⁊ cōplosione affectum mulcens. 32.

¶ Cur aridis ordeis tostis equorū vlceribus insparsis nō amplius albi pili e cicatricibus feruntur: sed eiusdem coloris cuius ⁊ reliqui sunt pili: idest q̄les natura produxerat: Quoniam corrugāns ⁊ coire facientis sint potentie detergent ac dissipant subiectam pituitosam redūdantiā: ⁊ malam operationem cogētē ad vicus cruditatē: ac eius partis imbecillitatem. 33.

¶ Cur in cutis cicatricibus equi pili nascūtur: hominibus autem nō: Quia cutis hominibus quidem densior est: sicut idicāt molles pili tenuesqꝫ ⁊ cicatrix pellis adhuc dēsior effecta spiramenta obcecat: equis autem si comparetur rarior: quemadmodum crassi ostendunt pili: ⁊ ob hoc nequit cicatrix spiramēta omnia pellis occludere. ꝑinde subiecte ac coacte superfluitates per tenuia relicta inferne spiramenta erumpentes agglutinate atqꝫ concrete pilos efficiunt. 34.

¶ Cur a dipsade morsorum ⁊ sitim intolerabilem habentium theriaca que calida ⁊ sicca est potata sitim sedat: ac non potius intendit: Dicenduꝫ ꝙ non temperamenti ratione sitim sedat: sed potius opposita passione ⁊ nulli q̄dā rōne: res siquidem ipsa ita habet. hec certe antidotus ex pluribus herbis cōficitur: que vnicuiqꝫ membro aliquo pacto accommodantur: velut diptamum opitulatur cordi: ipsumqꝫ roborat ac conseruat: similr eupatoriū iecori: scolopendrion lieni: petrosillinum ventris ori: hyssopus porro vitalibus viribus ac pulmoni: inula cāpana renibꝰ: ruthe collo: gētiana cerebro: seseli vesice. itaqꝫ vnūq̄dqꝫ horum mellis dulcedine venatur ⁊ pellicit trahitqꝫ ad suam tutelam accōmodatum: in quibus omnibus sunt serpentum carnes ammixte: ⁊ naturalem dexteritatem habentes ad vnumquodqꝫ venenum ferum vimqꝫ corruptionis effectricem. In omnia igitur membra cū hec partita fuerint passionem vllam: que corruptionem minitetur officere non sinunt propugnantia perinde ac milites ingenui in armis expediti pro sua ciuitate.

¶ Alexandri aphrodisei egloge medicinalium ⁊ naturalium ambiguitatem ꝓblematon sectio secunda.

¶ Prohemium.

Esculapij munus cūcta ad visus humane vite comparat a dignitate longe antecellit animato siquidēꝫ ac rationis participi corpori ad quam se dirigeret metam exhibuit. Cuius obseruatio: moderataqꝫ custodia reliquis artibus cunctis principium instituit. sensus quidem exacuendo dicta membra: ac inuentionum instrumenta roborando alia prouidenter animaduersa: vtiliter custodiendo: alia mendose producta emendando atqꝫ dirigendo. hec corporis ita curam gerit: vt animam neutiquā negligat. philosophie eniꝫ suggerit cognitiones. Cuius fine illa sibi peculiare confixit ꝑncipium: nec a naturali abhorret speculatione. corum enim que facta sunt compositionem accipiens: reliquorum mensuram percalluit. hoc q̄uerissime diuinum beatūqꝫ inuentū in rationum indagine collocatum: hac laude non iniuria fruatur: vt ad scientie normas nomenqꝫ perueniat: ꝙ si quispiam artem ipsam audeat appellat: non hac de causa sed proter subiectam materiā: an non igitur hec per sese speciei cōmodam gerit rōnem: ad scientiam immobilem. acta autem ad corpus syluāqꝫ induens eam artem fieri necesse est: ita sane anima que multorum consensu philosophoruꝫ est immortalis: ꝙ sit incorporea: ꝙ seipsam moueat: ab alijs contra mortalis existimatur. Corruptibilem siquidem ideo ipsam ferūt: ꝙ sub sylua demersa patiatur afficiendo. atqui non cohibetur: non afficitur anima sicut proposuimus: sed talis in corpore anima est: qualis in defecatissima aqua solaris radius: an non cum perspicua fuerit aqua: aque gerit effigiem: At si aliqua de causa perturbetur. ipsa essentia quidem non trāsmutātur: sed qđ emicabat occultatur: illesa in precipua actione permanens: ita porro sepenumero sol nubis obiice elucentem radium occultat: ne vlla quidem in parte sincera ipsius radij natura lesa: quemadmodum igitur de anima nunc diximus: itidem de medicina dicere possumus. ipsa eni per sese primo qđ incōcussum est tenet. primo fundamentum habet imobile. quippe que sciētia est. Ceteruꝫ sylue particeps a dignitate declinat obnoxiaqꝫ fit: ars euadens: firmitudinem suam amittens. At qđ secūdariū est respicere nihil attinet: cum sit accidens: veꝝ ꝙ primas gerit vtpote substātia: quecunqꝫ demū in nostrū adiumentū transtulimus: ac nō ex questionuꝫ vsu: ea pauca sunt capitula: que ex ipsa decerpentes hic inferimus: proficientia quidē eis qui hanc prosequunt̄: ⁊ presertim rōnem consectantibus: vtilitatem non paruam ad rerum inuentionem allatura. pᵐ.

¶ Cur frenetici raro ⁊ vehementer respirant: Quoniam anime actionem per medios neruos ⁊ musculos esse manifestum est. ab ijs igitur quatit̄ thorax. iure ergo rara fit respiratio vi animali lesa sui siquidem operis obliuiscit̄ nec predicta membra regit. Ingens autem excitatur propter cordis laborantem spiritū. nam vis vitalis insurgēs animam pungit ⁊ mouet ei abolitionem minitans: nūq̄d qđ deficiens propter morbū amisit anima id suo cor vsu magnitudine suggerit. 2.

¶ Cur hominis vngues mollissimi: Utrum ꝙ etiaꝫ cutis nā vngues inde manant: aut ꝙ alij alijs sunt vngues vtiles. quibuscunqꝫ igitur sunt duriores illis etiam sunt magis vtiles. 3.

¶ Cur qui nati sunt ceci: calui nō euadunt: Utrum ꝙ caluitas mutilis oculis se in proximū transferat locū: Nunquid non frigescit locus: sed semper nutrimentum habet. Caluitium autem a frigiditate oritur: aut ꝙ cum locus caliditatem admittit vt nutrimentum absumat non fit in sincipite vlla superfluitas. Luminibus aūt orbatus frige factus est. proinde ⁊ ibi multa redundantia est: atqui crines ab superfluitatibus exoriuntur. 4.

¶ Cur barba rubescit absqꝫ capite: caput autē absqꝫ barba nō rubescit: Nempe quoniaꝫ rubri capilli ex imbecillitate oriuntur: ⁊ in barba pili natura sunt imbecilliores: hoc ex eo licet intueri ꝙ imberbes fiunt. nō autem caluescunt: vel id sero. Certum igitur ꝙ locus ferre non potest: quamobrem cū qui validior est flauos ferat: imbecilliorem quoqꝫ eos ferre necesse est: sed si hic: non tamen ne

cesse est qui validior est ferat. 5.

Cur lōgi capilli fiunt: Nempe q capillus quidem ferra est: sub ferra vo cutis. Atqui que longe sub ferra absūt facile sub motuz cadunt: z omnino que a quiescēte absūt: hec in mechanicis facile videri possunt. 6.

Cur in palpebris capilli cani non gignuntur: Utrum ob pprietatē nutrimēti qd circa oculos. ex eo āt licet piectare q ibi pinguis gignitur caro. Ab huiꝰ aūt nutrimēto iure nō augetr admodū pilus. siquidez qd ex talibus gignitr redundantys nō canescit. Corruptione enim quadā z nutrimēti vitio canescere ptingit. 7.

Cur qui in manibus sunt vngues citius crescunt q̄ qui in pedibus: Aut q sursum versus auctio magis scandit: quocirca z pili in mento potius crescunt q̄ in pube: aut q in calore quidem manus: pedes vo in frigore capiunt incrementum: aut potius calida sunt omnia: aut q manus calidiores z humidiores sunt. pedes aūt totius corporis membroꝝ omniuz frigidissimi: z huiusmodi partes aliarū: vt pili inquā z vngues: ppter hoc igitur ipsuz z frigidi z in frigido loco constituti difficile capiunt incrementuz: qui vo in manibus econtrario. 8.

Cur capilli intorti gignuntr: Nempe q duabus feruntr productionibus retenta introrsum productione a circum ambiēte caliditate: qua de re tales sunt ethiopes. 9.

Cur igni exusti loci pilos nō edūt: Utrū q dēsa euadit cutis: atqui raram esse opz vbi pilus adolescit. 10.

Cur crassi pili lōgi nō euadūt: Aut q in lōgitudinē non pducta actio in crassitudine psumatur: aut q crassi duri sunt: duꝝ aūt difficulter mobile quo augescat. durities siquidem a terrestri euenit. terrestre vo nutrimentū sursuz vsus emitti nō vult. Motus igitr tarditas calorē augētez poccupat: vt se inicē ipediant: pinde in crassitudinē z latitudinē excrescit: non in longum. 11.

Cur densiores tenuibus crassi pili: Utrum ita propter crassitudinem videntur. minus enim apparet qcqd inter eq̄lia lteriacet: aut q statiz in lōgitudinē excrescūt. Multis igitr modis nutrimētū exoritr intus retentū: nō euestigio habitu sursuz vsus subtus educente. 12.

Cur in ossatis locis tenuiores sūt pili: Nempe q pellis crassa nō est. ex crasso āt crassiores nascuntr pili. 13.

Cur rubicātes capilli nigriores euadūt: Nēpe qm̄ excoquitr magis in exiguo qd fuerit humidum ab ea que ipsi subest principio caliditate. Est siquidē ex vitioso flauus. Niger vo ex salubri nutrimento. 14.

Cur ethiopes intortis sunt crinibus: scythe autem z qui ad septentrionem incolūt pmissis: Nēpe q arefactus capillus sub sole reflectitr atqz icurnatr sicut z alia. ethiopes aūt a sole z in excessu caloris agūt. At scythe in frigido loco: vbi humidū qd in capillis est sol exurendo neutiquaz euaporare compellit: inde est q non intorquentr. q si eos aut reflexos aut pmissos esse oportuit: cū intorti non fuerint: pmissi erūt ac protensi. 15.

Cur imbecillis z senibus cum reliquū corpus attenuetr: vngues tn̄ z pili excrescunt: Quippe q nutrimenti aliud quidē in carnem: aliud aūt in bilem: aliō vo in cunctaꝝ tenuium partiū it distributionem. Quecunqz igitr calida z robusta sunt corpora in bilem possunt z in sanguinē cibū cōuertere. Imbecillia vo in hec minime: sed in ea que minimi indiga sunt nutrimenti: velut vngues z pilos: veluti illyrios aiunt cesos in pugnis ac mortuos intra paucos dies fruticantia capillis habere capita: z perinde absumptis corporibus nutrimenta in has redundantias dilabi ac distribui. 16.

Cur in pedibus pili aut minime aut sero iam etate pfectis canescūt: Utrū q in facie prius canescant aut in capite: aut in mēto. Atqui supiori locus iferior maxime oppositus est: z in ptrarijs ptraria iure fieri ptingit: aut q canities senij signū esse videatr. senium aūt corruptio q̄daz defectusqz caliditatis est. Quidnā vo sit cur cani fiant: alterius est rationis. Ceteꝝ cause huius viuj genus ptingit senio affectis: q calor habeat: quāobrē etiaz ruge os subeunt: z e naribus cruor desinit effluere. iure aūt exiccantr z nascuntur hemorroides. q si canities caliditatis humide defectus est: z hec vis ad pedes descendit: veluti etiaz ad pubem: hec loca merito serius q̄ superna canescunt: idqz in pedibus magis. cum vo vbiqz humida exaruit caliditas annorum multitudine: tum demum etiam in pedibus albi gignuntur pili. 17.

Cur lane oleo irrorate candidiores euadunt: pili autem vncti nigriores: nam z lane pili sunt: Nempe q squalore z situ obsita magis flauescunt. villi aūt exiccati z abeunte qui in ipsis est humido albescūt. oleuz igitur impedit: minime siquidem arefiūt: nec in hoc similr habere ptingit: vt villos qui ablati sunt cōparemus cum is qui adhuc in corpore virent. lane enim attonse sunt. 18.

Cur pecoꝝ molliores villi renascuntr subiecti: hominus vo asperiores: Nempe q pecoꝝ magis densescūt quo lōgiores euaserint. frigefacit nāqz ob calidi imbecillitatem eum qui in ipsis est aer qui circūfuit: idqz magis quo longius a suo calore absuerint vnde exoriūtur: aucti vo propter crassitudinem plus habent calidi: sed ppterea q admodū inarescūt fluentes tenuiores: nisi quicq̄ impediat adhuc ex incremento fiunt. 19.

Cur in timporibus homines celerrime canescunt: calui autem non fiunt: q̄nis neutrum aut vtrunqz oportuerit: Nempe q canities qdem oritur a qualitate quaz inuehit nutrimentū in pilos distributa. caluities aūt a quātitate. cū enim frigefactum fuerit nutrimētū nō auget: sicut arbores per hyemem deponūt folia frigido facto nutrimēto: z veluti concreto: exiguo aūt exhibito id nutrire ipotens est. Atqui canities ex tabido est nutrimēto. putrescit sane cum minus decocta attraxerit. an nō eadē est ambobus causa quapropter neqz simul neqz eisdem adueniat locis. Consideratio psus naturalior: aut pblematis puenientior: timpora in venis sunt multis ac densis: vnde z caliditatem assequūtur: nedum eis non deficit nutrimentū: ceteꝝ ob hoc q vna multū presto est nutrimenti: z precipue pfecta iam etate pcoqui nō potest: z pinde putrescit: hinc canities exoritr: queādmodū ex humore putrefacto in naribus muci. nā nō omnia nigrescūt putrefacta. quocirca etiam scopsas comicus recta inquit tabi pilos senectus addictos habet. 20.

Cur nō in lāgoribꝰ sz extra lāgores capilli defluūt: Nēpe q tū qdē nutrimētū habēt: ex supfluo nāqz. post morbos aūt id exiguū est: ppterea q ali corpus opz. nutrimētū vo ingrediens ad id qd nām sublcuat ipsos nō educit: sed ppter inanitionē prius absumitr. 21.

Cur capitis sinciput caluescit: nō āt occiput: aut minus: Quippe q nō est in occipite supfluitas: inanis enim z siccus est locus. sinciput āt pp cerebrū plenū est. qbuscunqz igitr ibi frigida supfluitas colligitr ppterea q ibidē a calore detinetr: z nō pcoquitr: pilos nō nutrit z pinde defluūt. occiput āt hꝰ digōnē nō hz: aut minꝰ ob dictā cāz. 22.

Cur in alis z in pube pili minus z augentur z canescunt illis qui ex capite erūpunt: Quippe q maximi z precipui qui alys propius ad caput accedunt: propter enim nutrimenti vicinitatem maxime sese resoluūt: iure igitr reliqs qui in mento plus excrescunt. 23.

Cur

¶ Cur in capite potissimum gignunt̃ pediculi? Nempe ꝙ animalia quidem natura suapte produci solent vbi superfluitas fuerit humiditatis ⁊ caliditatis: p̃terea spiramenta quoqȝ habet: caput autem humidum ⁊ calidū inuenitur est: ⁊ in ipso latissima sunt spiramenta: id vel ex eo conijci potest: ꝙ pili ibi crassissimi sunt: proinde habet ⁊ vnde cōstet: ⁊ vbi viuat animal. 24.

¶ Cur ex potibus ⁊ vomitibus ⁊ in frigoribus loquuntur homines grauius: vel cum pituita guttur obstipatur ꝯuellit siquidem distillationē alijs quidē vomitus aut potus: alijs vero temporis status. p̄inde grauior spiritus gignitur eductio. que autem valde grauis eadem ⁊ tarda est. 25.

¶ Cur nam grauem vocem comminus magis exaudimus: eminus autem minus? Nempe ꝙ vox grauior plus aeris mouet: sed ꝓxime id facit: vnde fit vt eminus minus audiamus: ⁊ perinde nō longius penetrat: proxime aūt magis: quoniam pluris aeris motus est. 26.

¶ Cur septimestris non profert vocem: nouimestris vero profert infans cum primum editus est? Aut ꝙ serissima vox perficitur hominibus: quod nobis licet conijcere ex eo ꝙ cum iam exercuerint mutiunt ⁊ balbutiunt: aut ꝙ nouimestres perfectam habent genituram. Proinde alij quidem suam adepti iam sunt naturam: alij autem non. Imperfectis igitur perfectum quicquam inesse vt plurimum non potest: verum perfectis inerit: atqui septimestres ob eandem causam sunt deteriores: ꝙ autem valde imperfecti ⁊ imbecilles sint: vel ex eo liquet: ꝙ laneis fascijs inuoluuntur. 27.

¶ Cur vox postremo inter omnes qui loquuntur hominibus consumat̃? Nempe ꝙ multiplices differentias ⁊ species habet. Cetera autem animalia aut nihil quod excribi possit: aut pauca efferunt: diuersissimam vero ⁊ plurimas habens differentias: nisi plurimo ac diuturno tempore consumari non potest. 28.

¶ Cur certantes grauem proferunt vocē: metuentes autē acutam? Nempe ꝙ metuentibus quidem frigescit locus qui est in precordijs calore deorsum petente: ⁊ perinde parum aeris mouent: robur enim in calore. illis vero attollitur calor: vtpote pudore suffusis: ob pudorem enim certant: atqui pudibundis sursum fertur ad faciem. hoc autem vel ex eo liquet ꝙ magis rubent. distillat igitur ⁊ crassum reddit aerem perstrepens ⁊ inclamitans. talis vero tarde extrudit. atqui tardum in voce graue est. 29.

¶ Cur vox que effluxus quidā est nature einsmodi vt sursum feratur: magis a supernis partibus ad infernas exauditur: q̃ȝ ex infernis in supernas? Aut ꝙ vox aer quidā est cum humore qui cum sit grauis ab humido deorsum cedit: ⁊ non sursum: siquidem humidum suapte natura deorsum fertur: quamobrē ab infernis partibus magis exaudit̃. Aut hoc quidem in animalis tm̄ voce fit: ⁊ ipsi ꝙ ei humidam esse accidit: non in alijs sonitibus idem euenit. Sicut igitur olus lōginquusqȝ visus cū superne deorsum se demiserit refractionē sursum versus facit: inferne autē sursum versus scandens deorsum refringitur: eodem modo vox naturam habens vt sursum versus feratur: ab opposito aere prefecta extrudere quidem ipsum non potest: vtpote maiorem atqȝ grauiorem. refractus vero qui motus est aer in cōtrariū deorsum propellit̃: tale ⁊ de echo accidit. est enim vocis refractio in opposito. 30.

¶ Cur ebrijs vox magis īfringit̃: q̃ȝ sobrijs? Nempe quoniam satur atqȝ expletus cito vocem infringit. Coniectura huius est ꝙ neqȝ chori a prandio exurgentes se exercent: neqȝ histriones: sed cū ieiuni sunt: at cū saturi ebrijqȝ sunt non iniuria voces magis infringunt. 31.

¶ Cur fistula ⁊ acuta vox simpliciter tanq̃ȝ solitudinē videri facit? Nunquid ꝙ acuta vox longe procedit ac nō admodum diffunditur: sicut ⁊ alie voces. 32.

¶ Cur nam vox acutior videtur longe distantibus: cum sit acutum in eo quod celeriter fertur: longius autem distans tardius mouet? Nunquid ꝙ acumen non tm̄ in eo est qđ celeriter mouetur: sed etiam in eo qđ minus sonitū procreet. ad longius autem distantes semper minor peruenit: propter aeris moti paucitatem. 33.

¶ Cur vox formatus quidam aer ⁊ delatus dissoluitur: ⁊ sepe ea forma echo gignitur complosa ac illisa ad solidum ⁊ nō dissoluit̃: sed manifesto exaudit̃? Nempe ob id ꝙ reuerberatio non illisio est. hoc autem totum totius similitudinem affert. nam ab aere reuerberatur: ⁊ eo qui in cauerna: non a cauerna. 34.

¶ Cur per hyemem voces sunt grauiores? Nunquid ꝙ crassior aer: eo aūt crassiore tardior est mot᷒: vt vox grauior. aut ꝙ ꝑ angustias tardius aer ꝑmeat. Contegunt̃ aūt que circa fauces loca frigoris q̄litate: ac fluore pituite. 35.

¶ Cur voce sonori sunt: qui natura suapte sunt calidi? Nunquid ꝙ necesse sit in his aerem multum frigidum esse: trahit enim spiritū calor: ⁊ maiorē efficit: vocis aūt sonoritas fit in eo qđ aerē multū mouet: acuta vox in eo qđ celeriter mouet̃: grauis autem in eo quod tarde. 36.

¶ Cur magis exaudiunt spiritū comprimentes q̃ȝ spirantes ⁊ respirantes: ob hoc etiam in venationibus sibi prescribunt: ac premonent ne spirent? Utrum ꝙ sensus sedes sursum versus meet venis cōtractis: ⁊ attenuatis: deorsum vero dormitantib᷒. ideo etiā magis expirāt: aut ꝙ sanguis abijt deorsum difflatus: itaqȝ ⁊ superiora exinaniunt̃: que exinanita exaudiunt ꝓclinius: aut ꝙ suapte natura anhelitus sonitus quidam est: qui inter spirandum excitatus impedit quo minus audiatur. 37.

¶ Cur sitū ⁊ fetorē olētes cū vncti fuerint vnguine odorifero tetrū odorē spirāt? Nunquid ꝙ in multis hoc efficitur acutū: aut ꝙ multi sudātes grauiter olent: vnguentū enim calefactorium quiddā est: sudores ergo allicit.

PLAUTUS in mustellaria.

¶ Quia eccastor mulier recte olet: vbi nihil olet. nam iste veteres que se vnguētis vnctitāt interpoles: vetule edentule que vitia corpis fuco occultāt: vbi sese sudor cum vnguētis cōsociauit illico: itidē olent quasi cū vna multa iura confundit coquus: quid oleas nescias nisi id vnum vt male olere intelligas. 38.

¶ Cur axilla inter alia loca multo grauissime olet? Utrum ꝙ spiramētis fere caret: grauis aūt odor in his precipuus est propter putredinē: que ibi gignit̃ ob humiditatis moram: que nec dimouetur: nec exercetur. 39.

¶ Cur que tetri odoris sunt minime grauiter olere videntur cibo plenis? Nēpe ob id ꝙ a stomacho per palatū ad vim olfatus penetrās sensum impleat: atqȝ occupet: ⁊ pinde eodē modo teter odor nō amplius sentiat̃: ꝑmū siquidem sentiunt oēs: cū vero attigerit: nō amplius tanq̃ȝ agnatus ⁊ adherens: ⁊ qui extrinsecus similis adueniens perimitur ab eo qui intus est. 40.

¶ Cur ꝑ hyemē ⁊ in ꝯcretis glacie min᷒ odoramus? Nempe ꝙ aer in frigore imobilior ē: nunquid nō aduentat mot᷒ vilius: aut redolētia nō excipit̃ ꝑꝑ mot᷒ difficultatē. 41.

¶ Cur odores propinqui minus bene olentes: tum aromatum: tum florum? Nempe ꝙ propinquis simul terrestre eleuatur: ⁊ perinde ita mixtum vim reddit imbecilliorē: sin autem longinquus odor adueniat sese ostendit: ob hoc ⁊ attriti flores odorem dissoluunt: aut ꝙ odor caliditas quedam est: ⁊ bene olentia calida: calidum autem leue: ⁊

perinde longinque odor gignitur. 42.
¶ Cur cuncta cum mouent magis olent? Quippe ꝙ replēt
aerem. vnde ad sensum ilico emittit. 43.
¶ Cur aliquando nauseantes magis fament? Equum autē
fuit ecōtrario habere: expletio siquidez nausea est. Nun-
quid quemadmodum stercore facto accidit vt sint ina-
nes loci quibus fament: ante nauseam vº hos impleue-
rant. 44.
¶ Cur in nauigijs quidem nausea biliosa: q̄ vº secus pitui-
tosa? Nempe quoniam in alijs fatigatio. hic autem cum
metu ⁊ tumultu: metus autem cognatorum commotor
intestinorum: pituita vº redundans quiddam est ⁊ ex-
trarium. bilis porro cognatum: ex cognatoqz procreatum
quiddam est. 45.
¶ Cur graciliores fiunt inferne q̄ superne purgati? Aut ꝙ
facilem profluxum habens sit via: superior autem contra
naturam: ideo ⁊ a minoris medicaminis vi minus ⁊ plus
moueri certum est s̄m naturam q̄ contra naturam: aut
redundantie inferne purgate vtiliter ⁊ accommodate cor-
pori egerant expellanturqz: que vº superne extrarie sunt:
illic quidem plures nutrimenti reliquie nondum exicca-
te: que adhuc nutrimentum habent: hic vº bilis ⁊ pituita
nutricationem nullam admittunt: que igitur inferna pur-
gatio cum nutricationem auferat iure exoluit: que vº su-
perna aut nihil: aut minus: idqz ostendit veratrum: nam su-
perna purgat: ⁊ confestim corpora confirmat tanq̄ ex su-
perna purgatiōe nihil sit ablatum. 46.
¶ Cur nigri ⁊ glabri magis q̄ albi aut pilosi graciles fiūt?
Quippe ꝙ qui glabri sunt pilosis sint redundantiores: id
nanqz muliebris natura ostendit: que humida ⁊ glabra
est: ⁊ nigri albis sunt frigidiores: atqui frigidum humido
propinquum est: nam calidum siccescit: graciles autem eua-
dūt colliquescente corpore: nedū superfluitate ablata. 47.
¶ Cur atram quidem bilem: ⁊ multam purgantes pitui-
tam graciles non fiunt: si flaue bilis multo minus pur-
gent: graciles ⁊ macilenti euadunt? Nempe ꝙ atram bi-
lem consueuerunt multi perfacile purgare: ꝙ feculentum
quiddam sit atqz etiam a corpore seclusum: ob hoc etiam
nigrescit. nullum ergo robur a purgato corpore auferetur:
pituita porro redundantia est: proinde quo ex ea quis ma-
gis abstulerit eo magis corpus alleuiat tanquam ab inie-
cto onere. At flaua bilis ex concretiōe est male compacte
carnis: quinimmo presto est: neqz prius admodum separata
seiunctaqz fuit: proinde nihil interest multam ne auferas
bilem an carnem multam sanguinemue: qđ cum accidit
graciles euadere necesse est: eatenus siquidem labi cōtin-
git: quatenus sanguis ⁊ carnes vt ita dicam suggerantur:
alterutra vº terminus erit alterius: ob id ꝙ separata se-
iunctaqz fuerat. 48.
¶ Cur singultiunt subuersi ⁊ imoderate repleti? Nūquid
ꝙ vtroqz modo frigefiunt. nam subuersio subsistentem
calorem eripiens frigefacit: ⁊ si plus cibi ingestum fuerit
q̄ is pati possit peculiarem tabefacit caliditatem: singul-
tus aūt est cū spiritus introrsum reciprocatur: propterea
ꝙ humidū in spiritali loco frigefactum fuerit. 49.
¶ Cur pueri ⁊ senes alui profluuio in primis capiuntur: cū
diuersos cibos assumant? Nunquid ꝙ pueri quidem nō
propter cibum hoc subeunt: sed ꝙ humida ipsorum sint
corpora ⁊ densa: vt introrsum superfluitates ꝯfluant pro-
pter carnium densitatem humectant aluos: senes vº frigi-
da habent corpora atqz aluos: proinde pueri quidez pro-
pter corporum humiditatem ac densitatem: senes autem
propter frigiditatem hoc patiūtur. Et pueri quidez ꝙ eo-
rum superfluitates extra respirent: senes autez propterea
ꝙ firma habent corpora: ⁊ calidum ex ipsis expirans ex-
halat. idem igitur non propter idem patiuntur. Ceterum
pueris etiā est in causa cibus tantus aliquis ac talis quis-
piam: multa siquidem eis proferuntur ⁊ dulcia: ⁊ qualia-
cunqz: enimuero paruuli omnino lacte nutriuntur: quod
ad concoquendum difficile est: cum vº partum excreue-
runt varijs ⁊ dulcibus vescūtur edulijs nutricibus ⁊ ma-
tribus ipsis indulgentibus ac blandientibus: taliaqz diffi-
culter certe ab ipsis amouentur. 50.
¶ Cur potus multus aliquando ⁊ paucus alui profluuium
inhibet? Nunquid ꝙ illud quidem vtpote paucum meri-
to exiccat: hoc vº propter affluentiam in micturam sece-
dit: ipsumqz ex aluo humidum consequitur: pariter enim
vtrunqz deijci non consueuit: sed cum aluus deijcitur mi-
ctura magis exarescit: exinanitionez namqz facit ex aluo
in multam mictura multus potus. 51.
¶ Cur bibentes cibo expleti humidas aluos habent potiꝰ
q̄ duras: quamobrem alui profluuio moriuntur magis
q̄ qui parum cibi sumpserint: atqui oportuit multum ex-
pletos potius cibatum educere ⁊ perinde aluos exiccari?
Nempe ꝙ multa cibi repletio non est in multum assumē-
do: durescit siquidem superfluitas cum detrusa in aluum
vix descenderit. hoc autem fit quod non statim corpus ex-
cipiet: nec ex ipsis digerat cibis ac secernat vtile: ⁊ ob hoc
in inferiori aluo diu manent: vtpote qui non confertim de-
scendant: magis eniz simul exuruntur alui que certe nu-
trite non sunt reddunt non magnopere dura que excepe-
runt: sed raptim ex detrusis ⁊ retentis vtile excipiunt: hoc
licet coniectare ex eo ꝙ sicce alui validiores: q̄ sint que
corpulentiores. 52.
¶ Cur dulces ⁊ salsi succi maxime vim separandi habent:
aut ꝙ minime ad concoquendum sunt idonei. eodem
vº sunt que concoqui non possunt: ⁊ grauia. propter id
eniz ꝙ a caliditate que nobis ꝯnata est detineri nō que-
unt: inferna petunt eruptura: id enim eruptio est: aut ꝙ
alij quidem succi preter oleum facile labiles: ⁊ facile ta-
bidi sint: oleum quidem difficile concoctu est. nam faci-
le putrescit: sed propter leuitatem superne innatat ob hoc
segregatiuum non est: salsior autem grauis ⁊ densus. hu-
iusmodi autem precipue deorsum feruntur ⁊ minime pu-
trescunt. 53.
¶ Cur salsugo quidem ⁊ serum aluum ciunt: vinum vº
multum potum nequaquam? Nempe ꝙ horum quidem
substantia in ventrem meat: nec enim facile concoquun-
tur quemadmodum vinum: quippe qđ calidū est: quodqz
celeriter concoctum emingitur: huius itaqz excessus ⁊ eua-
sio id in vesicam facit: qđ illa in aluum: nec substantiam
in vesicam agunt: nec enim habent. Cum superfluitatibus
igitur abeunt que eorum substantiam comitant: que cele-
ris sane est ⁊ profluuium facit. 54.
¶ Cur inferna purgatione magis q̄ superna graciles fiūt?
Nempe ꝙ ex inferna ad aluū ex toto corpore que subsi-
dunt contrahi possint: hoc autem manifestum ex fetuū nu-
trimento: in illo enim loco qui sunt fetus nutriuntur: po-
stremo siquidem eum tenent locum: sursum autē versus
¶ Cur in hyeme cessante pluuia astra splēdidiora nob videāt̄: Qz a vētis ⁊ pluuijs q nos ābit aer:⁊ q i sublimi ois a motu tenuat⁹:⁊ pinde vt purgat⁹ dici possit:vi sua purgatiorē astroꝝ exhibȝ corpoꝝ acceptionē penetrationēqȝ facilē ac plurimā:id vō vel ex eo liquet q in defecatas ac pspicuas aq̄s descēdētes lōge splēdidius:ac mag pspicue iacētia vident corpora q̄ in cenosis ⁊ materiosis nequaq̄

videri: aut admodū hebeti visu ac vix cerni pñt. 119.

Cur sepenumero inter mingendū exhorrescimus? Qm̃ bilis acuta ꝯfluens ⁊ lācinans vesicā irruat: ⁊ totuʒ corpꝰ ꝯcutit ad vnū affecte particule īpulsum: in vi quoqʒ egestiua mediocriter eycienda etiā predictū horrorē bilis facit: hoc autem pueri in primis afficiuntur: quādoquidem propter edacitatē sunt redundantiores. 120.

Cur noctu magis dolores itēdunt? Qm̃ anima per sese ociosa: neqʒ visu: neqʒ auditu: neqʒ gustu: neqʒ reliqs exercita sensibꝰ: extrorsusqʒ distracta actionibus longe a corporalibus langoribus preueniṫ: q tactui obnoxij sunt: exigue enim noctu aiales sunt exercitationes: anhelatio inquā: ⁊ ratiocinatio: qđ autem extrinsecus a suis distracta exercitijs anima minus a corporis langoribus ꝑueniaṫ: vel ex eo liquet: ꝙ affectus ⁊ morbi ⁊ reliqūe circūstantie amicoꝝ consuetudine: ⁊ colloquio sedantur: ⁊ ab egrotantibus familiariū consolationibus auferunṫ. inspice sane: nām vt se erga sua exercitia interdiu minus exerceat: erga ciboꝝ inquā cōcoctiones: humoꝝ trāsmutationes: sanguinis emissiones: reiectiones: nutricationes: ꝓductiones similitudines ⁊ id genus alia: anima vo erga sua se magis exercet officia: qnqʒ sensus: ⁊ membroꝝ motus: ⁊ circa visionē: ⁊ sermocinationeʒ ⁊ memoriā: noctu aūt ecōtrario magis qdem natura proficit: anima vo minus.

Alexandri Aphrodisei problematon sectio quinta: per Georgium Vallam traducta. p^m.



Ur pulmone viciato lāguētes: id est peripleumonici somniculosi sunt? Qm̃ id mēbruʒ largā nactū humiditatē ꝯgstiticiā accipit caliditatē: vñ semꝑ in motu est. gñanṫ ergo vapores q sua leuitate caluariā cōprehēdūt inde ad cerebrū penetrātes ꝓmā cōpactā excipiūt essentiā: qđ etiā significaṫ in lauacris ⁊ cacabis obtectis. Caliditatē resoluunt ⁊ frigefiunt pariter mēbri naturam transmutantes: ⁊ perinde duplicatum frigus principale aggrauat: ⁊ langorem generat. 2.

Cur q radicitus vuā subsecuerunt tabidi euadunt? Qm̃ qui ꝑ os sufflatꝰ est aer icēdiṫ ⁊ trāsmutaṫ exhausta eius īmoderata frigiditate: ꝙ repaguli ac vestibuli vua gerat effigiē: q̄ sublata aer īmutatꝰ deorsuʒ ferṫ: ⁊ pulmoni adheret. frigefacit igiṫ sanguinē in vasis coagulās: ⁊ cito immobilē pulmonē efficit: quo ad monēdum se coacto vasa ꝯstringunṫ ⁊ ortū suggerit affectioni: ꝓprie igiṫ gargareon appellaṫ a sonitu ꝯficto vocabulo: sicut sibilus ⁊ tintinabulū: cionis aūt tū morbꝰ appellaṫ: cū a fluxu vltra iustū modū deductus est: ⁊ vua cū inflāmata vue acini formaʒ assumit: ehoanen autem quidaʒ nominauerunt: ꝙ superne lata sitinferne aūt angusta in scalpri modum. 3.

Cur pulmone viciato male rubescūt lāguētiū? Qm̃ sanguineꝰ humor tostus in pulmone vaporē generat sanguini cōsimilē: semper eniʒ factū similitudinē faciētis gerit. adigiṫ itaqʒ malis ob leuitatem insidere: sed cutis tenuitate sicut per vitrū formosum videri facit. 4.

Cur per hyemē cū simus itus calidiores: vt ī afforismis ostēdit Hippocrates pituita gñaṫ? Ꝙ plurimis assumptis cibis ob stomachi robur eos vēter nequeat concoquere. multitudine igiṫ tanꝗ̄ extincta insita caliditate frigescit ac pituitā gignit: deficientēqʒ ac mancā actionem constituendo a pituita sanguis occupatur. 5.

Cur in egypto que calidissima est: fridū nasciṫ vinū: in scythia vo que frigidissima calidū? Omne pfecto vinū calidū est: sʒ iuxta tēꝑamēti subiectionē: idqʒ magis ⁊ minꝰ in ꝯtraria nomē assequiṫ. iure igiṫ fridus est vt alijs comparatū: imoderata enī estatis caliditate terre cētriā relaxante ingens ipsiꝰ calidū absumiṫ: ⁊ ꝑinde debile reddiṫ vinū. at in scythia ꝗppe que gelida est ꝯcluso intra terraʒ calido validū ⁊ caſʒ vinū efficiṫ: qđ etiā ethiopibꝰ euenit. nā cū estuosissima incolent loca: timidi sunt effeminati ⁊ nigri: scythe vo qui in gelidissima sunt regione: albi sunt ⁊ animosi: qđ aūt in superficie calidū preseferant ethiopes: cutis ostēdit nigritia. Gallis aūt in ꝑncipijs ipsis calidum erigitur in corde ⁊ iecore: atqʒ intus ridiculaṫ: vt ex albo colore licet intueri. MACROBIVS.

Cur in egyptoque regionū aliaꝝ calidissima est: vinuʒ nō calida: sʒ pene dixeriʒ frida vtute nascaṫ? Ad h Dissariꝰ visu tibi albine cōpertū est aq̄s que vel de altis puteis vel de fontibꝰ hauriunṫ fumare hyeme: estate frigescere: qđ fit nō alia de causa: nisi ꝙ aere q nobis circūfusus est ꝓpter tpis rōnem calente frigus in terraꝝ ima demergiṫ: ⁊ aq̄s inficit: q̄rū in imo est scaturigo: ⁊ ꝯtra cum hyemē aer ꝑfert calor in interiora demergens aq̄s in imo nascētibus dat vaporē: qđ ergo vbiqʒ alternaṫ varietate tēporis hoc in egypto semꝑ est: cuiꝰ aer semꝑ est in calore: frigꝰ enī ima petēs vitiū radicibꝰ inuoluiṫ ⁊ talē dat q̄litatē succo inde nascēti. iō regiōis calẽ vina calore caruerūt. 6.

Cur in estate frigida sunt olera: ⁊ poma cuiusmodi sunt pepones: ⁊ cucurbite: ⁊ cucumeres. in hyeme vo calẽ brassice raffani: rape: staphilini: qm̃ solis reuolutio poli circulū voluēs sitꝰ alterat. siqdē in estate supioreʒ tenuit ꝯditionē: vt dici indicat lōgitudo: fouenṫ ꝗ q̄ supra terrā sunt ⁊ frigefiūt stirpes: at in hyeme sub hemisꝑio discurrens terre ꝓfunda fouens: stirpes reddit calidiores. GLOSA.

Staphilinꝰ pastinacha est erratica ⁊ agrestis. Columella de ortis. Letetur: molleqʒ sinuʒ staphilinus inumbret. Plinius. Ex is pastinache vnū genꝰ agreste spōte ꝓuenit staphilinos grece diciṫ alterū seriṫ radice vel semine primo vere vel autūno. Diascorides ait carotā vocari. 7.

Cur ex causo pulmōis lāguor: que peripleumonia appellaṫ: ex peripleumonia vo causus nō nasciṫ? Ꝙ causus ex flaua bile fere oriaṫ: hec enī ex cūctis vasis in latū deferṫ ventrē: adducitqʒ qcqd illi icurrerit. nā igiṫ experiṫ multipliciter humorē expurgare: scđm enī loca ortū definit si essentia huiusmodi tenuis fuerit: ⁊ vis valida: ⁊ temporis calidi oblata fuerit occasio ꝑ sudores morbi effectrix cā educiṫ. sin aūt ꝯtrium per ventrē educiṫ: aut vtplurimuʒ euomiṫ: enimuero positū vicinū est ⁊ casus cōsuetus: porro humor in pulmonis gurguliones adactus eleuatusqʒ ⁊ eius partis complēdo essentiā: morbū gignit: ex ꝑipleumonia aūt causus neutiꝗ̄ nasciṫ: qm̃ preueniṫ vt humor extinguatur ⁊ exuraṫ in cinerē anteꝗ̄ huiusmodi gignatur affectio. CORNELIVS Celsus.

Febrem autem ardentem quā greci causoden vocant subitus horror exoluit. 8.

Cur Hippocrates in febribꝰ cibū fugiēs inediāqʒ cōprobans: in accessione tñ pleuresi ac peripleumonia laborātiū: in accessione īquā ipe cibū suadet exhiberi: ait enī vbi de prisana: ꝙ nisi labes impellat: ea nō debeat exhiberi: ꝙ aūt nō debeat morbi ostēdit initiū? Qm̃ in alijs quidē morbis humores nō cōcoquit: in alijs aūt etiā cās per vrinas ⁊ per egestiones persequiṫ: ꝓinde cibū in his assumere nō ꝯuenit: ne morbi cās relinquēdo inter coquēduʒ cibū immoreṫ: opʒ igiṫ nām cū morbo duntaxat obluctari: at in pleureticis nā succū qdē cōcoqt: anima vo extremaʒ que in vsuʒ venit essentiā exinanit. hic vo vi sua pectꝰ corripiēs: qđ mestitiā affert educit: aliog irrationalis qdē natura ex inutilibus cibū sibi idoneū quo fruaṫ comparat: aialis aūt instrīa que sub sensuʒ cadūt ꝑniciosuʒ expellūt: ⁊ vtilē aucupanṫ: iure igiṫ nutrire opʒ: q musculis ꝯfirmatis ad succūbenti ferēdas insurgamus suppetias. 9.

Cur

¶ Cur tertiana quidē ex calido humore progenita pertun
dentēq; ac ꝯsequentē h̄ns bilē vno pretermisso die exur-
git. quotidiana vō que grauitati ac frigiditati cōiunctaz
hz pituitā quotidie: quartana aūt vno atq; altero die me-
dio. ¶ Qr tertiana qdē exiguuz h̄ns qd humorē efficiat: re-
pēte dimouet̄ aut p sudores: aut per vomitus: ⁊ cū extina
nita atq; exausta consistat: que paroxismi sunt manent in
scdm motū efficiētia q̄litatē. da vō vberē m̄am tum neu-
tiquā deficientē videbis paroxismū. at quotidiane suffe-
cta m̄a: ⁊ crassitudo ⁊ humiditas paroxismum prolixum
facit. ¶ Qr autē ex cause multitudine morbus lōgius ꝓdu-
catur motus validitate synochus ostendit: qui a sanguine
factus vberē habens m̄am nullū vsq; fert īteruallū: quo-
tidiana vō anceps quātū humoris q̄ntitate fuerit īminu-
ta: qd sub sensuz cadit: ostēdit īteruallū: multo aūt lōgius
tertiana ex humore cā ꝑcreante facta ⁊ calorē ipm h̄ns: ⁊
partiū tenuium distulit interuallum multo. sed enim lon
gissime quartana extēdit intercapedinē: atq; reditionez.
quatenus eniz subtracta fuerit m̄a: eatenus poxismi mo-
tus subtrahet̄: ⁊ perinde hec ipsa diminuit̄ ad quintanā:
⁊ septimanā ⁊ nonanā. inspice sane quā sanguis qdem nu-
triens corpus quātitate abūdet. deinde pituita: quin ⁊ ali-
quādo hec in fame nutrit: exinde vt flaua bilis cōminui-
tur: vtpote neutiq; nutriens ⁊ acuta: lōge aūt magis bilis
atra diminuit̄: vtpote nāe īfesta: mēbroꝝ siqdem est ab-
sumptrix. itaq; si triū alioꝝ humoꝝ fiat augmētum id
cacochimian idest humoꝝ viciationē vocāt: sin aūt in sua
qualitate quatuor iuxta ꝓportionē ꝯstiterint plethora no
minat: qd a plenitudine nomē adepta est. 10.

¶ Cur luxata maxilla ei nō exhibem⁹ adiumēta sz alteri.
¶ Qm̄ cū duo sint musculi in diuersuz inter se inuicē ꝑtēsi.
ad singulas maxillas vno motū faciēte si eoꝝ alterū luxa
ri ꝯtingat. verbi causa. dexter sit luxatus tūz sinister suā ⁊
validā vim hz. ad se igit̄ attrahit ībecillū ac spectat̄ q sa-
nus est vt languēs: ⁊ lāguēs vt sanus. ⁊ pars qdē icolumis
cōtrahit̄: ībecilla aūt supstes est: qd sane ⁊ in strabis acci-
dit oculis luminib⁹ ꝯtctis: q̄ si ad magnā genā pupille fue
rit nutatio exigue rei paralysis itelligat̄. fueritq; hec tibi
regula vt luxatis musculis nō q̄ visui videatur accipien-
dum sed diiudicandum q̄ non appareat. 11.

¶ Cur ex cespitatione varix gignitur. ¶ Qr vis aialis fine te
nus per neruos extendat̄. fertur itaq; vis ꝓpulsoria: ⁊ icesſ
sus causa ꝓfectoria: eadē porro per transmutationē: ⁊ alte
rationē neruoꝝ agit̄ per totū qdē crus. sed nihil perficit
quādoqdē nō īuenit affectū: ad varicē vō secedēs cū locū
capacē atq; idoneū cōpererit ibi īsedit: ac ꝓpius ad glan-
dulā accedēs eius vitiat cēntiā: ⁊ ad tumorē q cōtra nām
est trahit. sunt aūt glādule perexigua corpora globosa laxa:
magnas inter venas atq; arterias instar cuneoꝝ: ne adhe
rendo vasa: vtpote humida cōtabescant sanguinis abun-
dantia: ex hac igitur humiditate nutriunt̄: qui inflāmati
varices procreant: obdurati vō tonsillas. 12.

¶ Cur in caluis caluaria quidē tenuat̄: tempora vō dense-
scunt. ¶ Qr vt plurimū in sublime eleuata quippe que hu-
miditatis expertia sunt capillo fomētū nō suggerūt: infe-
riores aūt partes eū qui ex cibis sursuz euaporat excipien
tes: capillos gignunt: cui rei astipulant̄: que in terra gigni
cōtingit: que eniz editiora sunt loca: vtpote saxosa īfecun-
da sunt: neq; fetus ferunt: que vō deiecta humiliaq; sunt
ac humectiora contrarium ferunt. 13.

¶ Cur ex quattuor facti elementis. hoc est igni: aere: aqua:
terra: tria hēmus que ea cōplectunt̄ humida: solida: spūs.
¶ Qr vt qdā putant ignis eēntia tenuib⁹ cōstans partib⁹ cō-
sistendo aeris nām induit. ignis eniz resolutus in aerē de-
cedit: ⁊ aer vi coactus atq; coadunatus ignez gignit: vt in
lapidum attritione collisioneq; aer transmutat̄. sunt etiā
qui dicant ipsum actu simul adesse. 14.

¶ Cur in apostematū doloribus precedit rigor: ⁊ subinde
febris. ¶ Qr in doloribus afflictata natura intus excruciatur
ab extrario concussa. frigefacta igitur superficies sangui-
nis vasa cōdensat. diuturni⁹ aūt īmanēte dolore: ac tanq̄
reliqui ignara natura effundente retrorsum solidum san-
guinem: vapore exundantia vasa febrem gignunt. mēbra
aūt simul affecta cum eo qd languore incitatuz est ob san
guinis tenorem: qui est a repletione: quēadmodum ꝑmo
obseruata vim expulsoriā excitant rigorēq; efficiunt: san
guinis autem putrefactio febrem. 15.

¶ Cur fruges quedā inutile intus cōtegunt vt dactyli per-
sica: alique aūt ꝯtra vt iuglādes ⁊ mala punica. ¶ Qr nā ge-
neris sobolis gnara intus que vtilia sunt occuluerit: siqdez
id spēm cōseruaturū ex ipsis ꝓcalluit. in malis aūt grana-
tis ac reliquis ex stirpib⁹: ac traducib⁹ ortū sumit. 16.

¶ Cur bubulas carnes concoquentes: pisces saxatiles non
cōcoquūt. ¶ Propter imensaz vētris caliditatē bubule car-
nes cōcoquunt̄. oportet eniz ad efficientē causaz materiā
quoq; adesse patiētē: sicut ferro ad elaborādū solida exhi
bita est in vsum m̄a: vt ligna querna: aut carbones. argen
to aūt aut auro pallee. submutat̄ aūt m̄a ob patiētis eēn-
tiam. idem ꝓpemodū euenit in piscib⁹. hos nāq; aurū eē
arbitrator: carnes vō bubulas vt ferrū: cū igit̄ vēter com-
pertus fuerit calidus supra q̄ conueniat: tostus piscis re-
nidet: ⁊ perimitur ac incoctionē imitatur. 17.

¶ Cur tabescētiū vngues scurtuant̄. ¶ Qm̄ solidorū essentia
qppe q̄ difficulter succūbit a lāguore declinat. figure āt te
lis imaginē gerunt ob carnium eliquationē. vlcus aūt ha
bent insanabile q̄ nunq̄ cesset pulmo: quādoquidez id a
nā nactus est vt ꝑpetuo moueat̄ propter cordis sine vllo
prorsus interuallo motū: ⁊ ꝓpter tussim: ⁊ ꝓpter puris ex-
purgationē: vlcus magis adhuc discerpitur. 18.

¶ Cur i febrib⁹ si ipse iminuant̄ augent̄ capilli ⁊ vngues.
in resumptionib⁹ aūt defluūt qdē capilli: sz corp⁹ auget̄.
¶ Qr capillis nutrimētū sit ex supfluitatib⁹. in febrib⁹ igit̄
cōflagrātib⁹ humoribus supfluitates gignunt̄: corp⁹ tum
nō alitur ꝓpter eius malū habitū: quē cachexian vocant.
tunc igit̄ capillus iuxta id qd sibi aptuz eē sentit delectat̄:
eodēq; gaudet. Uerū in assumptionibus in cinerē ꝯuer-
sis humorib⁹ cōsistūt que euaporabāt: ⁊ ꝓinde nō alit̄: sz
excidit: corpus aūt ex inanitione omne genitū ad se attra-
hit propter preuentā consumptionem. 19.

¶ Cur qd in vrinis albū subsidet bonuz est. ¶ Propter soli-
doꝝ ⁊ ꝓncipioꝝ similitudinez. declarat eniz potētie ami-
citiā atq; robur ⁊ colore ad cognoscēdū se ꝓfert: i solidis
nāq; vtpote fundatis obfirmatisq; ꝑter hūida: ⁊ spūs se
habitare nā credidit. hec aūt colore alba: vt nerui ⁊ ossa: ⁊
vene: ⁊ arterie: digestus igit̄ q morbū facit humor i vasis:
⁊ per vrinas exhauriēs emissuz inutile absterget: ⁊ iō dige-
stus color alb⁹ est: ⁊ ob hāc cām: qm̄quidē sensim vis per
febres debilitata morbosum hūorē cōcoqt ꝑmo paꝝ ex-
haustū in vrinas: ⁊ ꝓpter leuitatē ita factū vt sursuz vsus
feratur facit qd dictū est. ꝑspicuū est eniz videri in vrina-
rū poculo supne natans haraneosum qddā: postea vō dis
secans: ac magis cōcoquēs magis exhaurit ⁊ nubeculam
facit: que in medijs vrinis cōsistit: quo enim q̄ntitate gra-
uior facta fuerit tāto magis subsedit. Cū aūt ꝯsumate ex-
pellit cōcoquēs omne redūdās morbosuz id reliquū sua
multitudine graue effectū: tūz demū in poculi fundo sub-
sidet. ⁊ ꝓinde ꝑdictā faciēs subsidētiā sanitatē cōfirmatā
significat. nā remixtū in eo q p nām est sanguinē morbo-
sum humorē ꝑfectū p cōcoctionē secernēs nā expulit. al-
bum siqdē qd subsidet demōstrat solidorū particularum

colorem potentiarū digestionibus cōseruatū. leuitas autē ac nulla asperitas eius significat cōcocti humoris equalitatem. nā aliquatenus gdez crassius ꝛ aliquatenus tenuis inequalitatē quādā decocti indicat. planities aūt eius qꝺ subsidet hoc est nō diuulsum esse id enunciat potētie pfectam actionē. ꝓportionez aūt hꝫ qꝺ in inflāmationib⁹ est pus cū eo pure qꝺ in vrinis subsidet. ꝛ pus gdez putidum est: quādogdē in angusto loco est: qꝺ ēt putrefactū nō expiret: nec sanguini cōmiscet: sed foris est circa cutē: qꝺ vo subsidet ecōtrario hꝫ: nec est putidum. 20.

¶ Cur a bile gignit febris ꝛ a bile soluit: Sit gdē a bile cū mota in acutius ꝯuertit ꝛ putrescit. soluit aūt cū ꝯfettim suscitat aia in ei⁹ qꝺ fert merorē auxiliuz: ꝛ hūor extrorsus cōcurrit: q distractus exinanitiōe cām exoluat. 21.

¶ Cur merentiū oculi caui sunt: Qꝛ egrimonia ad contractionē corpoꝝ faciat ꝓpter anime itrorsum receptuz. iratorum aūt impudentes sunt ꝛ imodesti ꝓpter extrorsus receptum. vbi enim nutus est potentie: illic etiam instrumentorum ꝛ humorum est momentum. 22.

¶ Cur ossa cū sint aridiora ꝛ validiora iter ꝓlabēdū ꝯfringunt: caro aūt cū ibecilla ꝛ mollis sit s terra nequaq̄ affiͣcitur: Qꝛ q̄ validiora sunt obniātia: atqꝫ resistentia oppugnāti ex ꝯflictu ꝛ collisione sua iter ipsa inicē subeūt afflictationē: obtemperātia vo submittētiaqꝫ atqꝫ cedētia ꝑ ꝑcēntie mollitiem oppugnāti ac obnitēti se submittētia ac obtēꝑantia cōplosionē: ac collisionē tegūt ꝛ auersant. idē ēt hoīb⁹ euenit ꝛ stirpib⁹ ac inaīatis corporibus. 23.

¶ Cur eunuchi longi ꝛ leurul: Qꝛ hūiditatis multitudinē habentes in corpore affluunt: potētie aūt imbecillitate id nō ferens carniū multitudo vehiculares subuertit particulas: q ēt in edificiys accidit: cū quispiaz nō cū ꝓportione fundamentorū magnitudinē cōplexus est: domus celeriter collabitur. eodem modo est videre ꝛ in eunuchis. natura siqdē nō eam tribuit magnitudinē: sed ars ablatione absumentis calidi crassitudinē induxit. 24.

¶ Cur extrema nobis in primis rigent: Qm̄ tenuia: ꝛ neruosa: ꝛ exigui admodū sanguinis sūt: ꝛ ob h̄ frida. 25.

¶ Cur ī metu aut horrore capilli erigunt: Qꝛ affect⁹ iuxta frigiditatē habēt. atqui frigiditas cutis spiramēta dēsat: ꝓinde capillus circū astricta superficie erigitur. 26.

¶ Cur melācholici q̄ nāe sunt opa ꝯseruant cōcoquētes: ꝛ sanguinē ꝑ venas dimittentes: aie vo nequaq̄: Qꝛ aduersus sapiendi instrumentū affectū habeant: atqꝫ distemperamentū: aduersus cerebrum inquam. 27.

¶ Cur iuges morbi facili⁹ remediū admittūt raris: Propterea q crebrius fieri cōsuetū nō tātopere nām ꝯsternatur: alioqui exigua quoqꝫ euersio tēperamenti iuges morbos facit: maxima autem que rara. 28.

¶ Cur febricitantes gdē magis sitiunt: verū non fament: cū aūt meliuscule habent viresqꝫ resumunt: magis gdez famēt: sed minus sitiunt: Qm̄ sitis ab excessu febrilis caliditatis gignit: sicut quosdam sanos vinū multū ꝛ meracum bibētes sitis cōsequit: sitis eniz nascitur ex multa caliditate vt dictū est: aut ex multa ariditate humida depascente: velut in ieiunantib⁹: nec sane fament qm̄ multa in stōācho iacet humiditas ex morbosis humorib⁹ excitata. Cōualescentes aūt fament ꝓpter multā humorū exinanitionem a febri absumptoꝝ: nec sitiunt q ipsoruz frigefiat corpus caliditatis febrilis absentia. 29.

¶ Cur inter moriēdū pediculi abeūt ex eis in qb⁹ affuerāt locis: Qꝛ fomēto ꝛ nutrimento egeant qꝺ e sanguine manat. id autē tum ꝛ frigescit ꝛ absumitur: aliuz itaqꝫ modū querentes priori similem excedunt. 30.

¶ Cur iugulata aīalia pedib⁹ iugiter calcitrāt: Ideo inquā magis plage dolore cōsternātur q̄ q rapiantur. 31.

¶ Cur in qbusdā aīalib⁹ caude magis motant post sectionē: q̄ reliquū corp⁹ sectū: Qꝛ cū carnib⁹ sint angustoꝝ spiramētoꝝ plus nālez caliditatē custodiāt: atqui cauda mouēdi ac sentiēdi vim hꝫ: quāobrē postq̄ quieuerit adhuc mouet: si modo a quoq̄ postq̄ qeuerit attingat. 32.

¶ Cur in purgationib⁹ cū trabes apposite possunt enumerari satis purgati videri debēt: Qꝛ a ꝑncipio purgatoriuz gdē hūores mouēs in aluo: ac attrahēs: cerebrū euaporationib⁹ cōpleuerit: inde spūs ad videndū ac sapiendū accōmodatus cum purus nō sit trabes inequales videt: qui post exinanitionē purgatus oculo sese exhibet vt vera intueatur: ꝛ iam prudenti vt recte discernat. 33.

¶ Cur ex purulētis ꝛ tabidis mltitudo erūpit pediculoꝝ: Qm̄ pus corrūpit hūida: ꝛ putrefacit. q̄ vo nāe calide sūt hec ꝓcreāt aīalia: sicut in luto aut in stercore: vermes ꝛ in intestinoꝝ suꝑfluitatibus lumbrici ꝓcreant. 34.

¶ Cur magis dolemus in testib⁹ percussi: Qꝛ colei plimuz sub sensum cadant. ꝑterea nā quoqꝫ pudēdis suā prebuit voluptatē coitus causa. neruosa eniz pars est. atqui plurima voluptas a multo gignitur sensu. testiculi igit cognatiōe ꝛ affinitate voluptaria affecti mlti sensus ipsi quoqꝫ participes sunt. vbi sensus inquā multus ibi igens oritur voluptas: vbi porro ingens voluptas: illic etiā ingens dolor: maximo siquidē bono maximū vtplurimuz opponit malū: ꝛ minori min⁹. Eorū porro que afficiunt trinus est modus. aut eniz cognatione: vt cerebrū ꝛ os vētris neruoruz cōplurimoꝝ cōcursu. aut loci affinitate atqꝫ vicinitate: vt cor stomacho cū ab acutis lancinant hūorib⁹: ꝛ ipm cor pariter leniēdo cardiogmon siue cordis lancinationē ad expulsionē egra afferentiū faciat: aut ꝓpter imbecillitatē: ꝛ ꝑ incessuz: veluti in cespitatione digiti pedis varix. accurrente eniz nā ad id qꝺ dolorē exuscitat cū sanguine implent hui⁹ varicis adenes. Tertio est pilēs vite affectio suꝑ funere ac morticinio nāqꝫ pariter afficiant: ꝛ pariter dolent cognati ꝛ vicini. aut trāseundo audiētes: aut interrogātes affectū ale aliqui admittūt imbecillitatis cā: euāditqꝫ ita ꝑmo quēadmoduz in suo cuiusqꝫ fuerit affectu: scdo aūt paritatis affectu: tertio sane minus. 35.

¶ Cur abrasio in obthalmia idest oculoruz morbo vtilis: Quoniam respirans caput per spiramēta superfluitates distrahit ꝛ grauedinem. 36.

¶ Cur ex tenebris in lucē cōfestiz trāseūtes videre nō possumus: ꝛ ne gdē ex lumine in tenebras: Aut q tenebre cū crasse sint ac frigide densent ꝛ videndi spiritū ꝑturbent. lumē porro cū lucidū sit ꝛ cādidū: ꝛ calidūz ipsum distrahit: ac dispergit: diu gdē post factā ꝯsuetudinē: ꝛ ꝑinde ex trariū negt intueri: aut q a ꝯtrio ad cōtrariū repente trāslati e vestigio similiter intueri assuescamus. 37.

¶ Cur in rōnis expertibus febres ꝛ occulti morbi difficilius curant: ꝛ magis ꝑiculosi sunt q̄ in hoīb⁹: Nempe q nām habēt ꝛ sensibilē vim intus in corpore demersaz: ꝛ nō ex rōnali ala cōprehēsaz extrinsecus sicut in hoibus hꝫ. iure igit sensus doloreꝫ multū amplectit: naturāqꝫ demergit cūctasqꝫ ipsoꝝ vires: aliog velut difficillime affecta maiorib⁹ de causis magis afficiunt q̄ ab euentis. 38.

¶ Cur iter pluendū bule ex aq̄ excitate igentē pluuiā fore idicāt: Qm̄ multa aq̄ ꝛ mlta euaporatio mlti spūs ꝛ crassi est ꝑcreatrix: q aquā subiēs vndiqꝫ se attollēs: ꝛ immēs sufflationē efficit: sic in tibia nobis licet intueri vbi spiritu ipleta est. oē quoqꝫ hūidū iter feruēdū spiritat. globosuz fit: siqdē globosuz est elm̄ū aqua: sicut ꝛ cetera elnta: hoc aūt demonstrat aqua demissa in folia: aut ex sublimi delapsa q rotunde figure fit: atqui vt pars habet totaqꝫ habebit aqua quāobrem ꝛ similium partium est. 39.

¶ Cur nō dolet caput nobis sectū ꝑinde ac reliquū corp⁹:

ꝙ caro nō sit admodū musculosa: vt in reliq̄ corp̄e. 40.

Cur ex morbo furfuraceas squāmas ex pedibus magis
emittūt q̄ ex manibus vnde raro: Quia mā deorsuz ferē:
⁊ pedes multo lōgius a corde absunt: ⁊ ob hoc cū sint fri-
gidiores minus cōcoquūt sup̄fluitatesq̄z distrahūt. 41.

Cur a tabe ⁊ scabie ⁊ lippitudine p̄xie ad eas accedētes
capiunē: ab iteritu dt ⁊ febri ⁊ morbo q̄ attōitos reddit:
vocāt aūt cū apoplexiā: minime: Qz oculus q̄dē vtpote fa
cile passibil' ⁊ hūidus cōtra ⁊ eregiōe spectās: vbi radij cū
spiritu exeuntes morbosi: facile passibili oculo morbum
trāsmittat: tabes aūt remittēs per respirationē aerez pu-
trefactū per sani anhelitū morbū quoq̄z trāsmittit ⁊ pu-
tredinē pulmoni: itidem scabies cuz in sup̄ficie cutis sit ⁊
glutinosum hēat fluorē facile trāsmittit: cutēq̄z sani sub-
uertit. alioꝝ sane morboꝝ aliq̄ cutē nō attingunt: quippe
qui itrorsuz v'sanē aut fluorē aliquē nō remittūt. sicut in-
tertus ⁊ apoplexia: aliq̄ cuz in sup̄ficie sint: p̄p glutinatio-
nē ⁊ crassitudinē ⁊ ariditatē fluorē nulluz remittūt sic ea
vitiligo que leuce nominaē: ⁊ elephātia: aliq̄ aūt cū intus
versenē nō fluētes: pestilentē ac purulētū fluorē nō emit-
tunt cuiusmodi febrium assuetudines sunt. 42.

Cur nōnullis iter febres lienes augenē: Aut q: mltū po
tāt ⁊ sufflanē: est siq̄dez id mēbrū patuloꝝ spiramentoꝝ:
aut ⁊ cū nā imbecilles sint fusas excipiūt mās. 43.

Cur senes ⁊ pueri ip̄esius iuuēib' calculos gignūt: Pue-
ri q̄dē vtpote edaces: senes vō fridi ⁊ ipotes: minusq̄z cōco
quētes redūdātias mltas cogūt calcloꝝ p̄creatrices. 44.

Cur titillatio ⁊ prurit' pedis voleꝝ somnū ciet: Quia hinc
neruoꝝ fines exoriunē: p̄ q̄s mediocris mot' ad cerebruz
ascēdēs aiam demulcet: ⁊ ad requiē ac somnū allicit: sūt q̄
dicāt ꝙ p̄les huc sup̄fluitates descēdāt: qm̄ deorsuz ferū-
tur: ⁊ p̄p pedū iugē motū id accidere: porro ꝙ mediocris
prurit' motu sup̄fluitates p̄ neruos ad cerebrū aliquaten'
remittat q̄bus cū refertum fuerit somnū ciat. 45.

Cur lōge crebriores lūares defect' fiūt solarib': Quia lu
na q̄dē in eclipticaꝝ ꝯiunctionū termios icidit: ⁊ in conū
ex vmbra terre factū p̄p solis diametrū: ⁊ p̄ lineares angu
stias magis luna p̄p celerē cursus motū frequentiusq̄z di-
ctos casus icurrit: sol. n. dūtaxat sub eclipticis ꝯiūctionib'
obūbraē lune obice: ⁊ ip̄z inq̄ȝ luna occultāte: at cū sole sit
magnitudine minor totū solis globū obtegere nō pōt: id
sane ipsa frequentius patiē. Quatiunt demū es ⁊ ferrum
homines demonas fugantes: qm̄ per id tempus celi lumi
naria influētias in terram nō demittunt bonū afferētes:
⁊ perniciosos demones a nobis arcentes. 46.

Cur septimestres ifātes viuūt: octimestres vō nequaq̄:
Qz septē nūer' p̄fect' sit: vt testaē Pithagoras: ⁊ Arithme
tici: ⁊ musici: octo āt ip̄fect': quēadmo^m ne q̄dē mōstruosi
p̄tus diu viuūt: qn̄q̄dē eoꝝ ortus ex nāe p̄uidētia nō sit:
s̄z ip̄fecti sint p̄p redūdātiā: ac māe fluctuationē i aliā for
mā ꝯfecti. nihil siq̄dē ip̄fectū: aut tpe: aut iformatiōe: aut
ortu a nā p̄creaē. iō ne q̄dē diuturnū est: edunē aūt septi-
mestres ob validissimā vim in vulua iformatricē: vtilez
atq̄z moderatū sanguinē cōperiētē: fetū celeri' explicātē:
q̄ vō decimestres ecōtrario. ꝙ p̄fect' septē ⁊ decē a nā sit
n umer': vel ex eo liquet: ꝙ septē syderib' iferiorē mūduz
de' administret: septimestres ifantes vētire cōperti sunt.
septēnes imutāt: bis septēnes pubescūt. ter septēnes viri
euadūt: necnō morbi septenarij numeri p̄portiōe adiudi
canē: itidem luna septenario numero figuraē: septimanis
mēsis quoq̄z conformaē. Septē ēt sunt vocales.

GLOSA. Apud grecos non apud latinos.

Similiter decē numerus iuxta Aristotelē atq̄z p̄hos: que
sunt in ortu ⁊ interitu cōp̄rehēdit. ēt oīs numerus a decez
p̄ circuitū gigniē. nā vndeciz ⁊ duodeciz ac deīceps in de-
cem numeri p̄n^m reflectunē: oīsq̄z infinito tenus vt nume
rus a nobis cōp̄rehēdi pōt ita h̄z: tum quoq̄z iustissimi vi
ri dexteras p̄hebāt in tutela rei decē numerū p̄mittentes.;
nā res suis nūc hoium litteris confirmantur. 47.

Cur porrectū in vtrāq̄z manū ouū valde cōpressum no
frāgiē: sin aūt i obliquū vertaē collidiē: Quia solis ꝯuersis
mucronib' manuū volis adherescit ⁊ sua in parte breuis-
sima cōp̄rimiē: cōuersum vō in obliquū ⁊ prorsus et' toto
cōpresso cortice collisioni obnoxiū facile redditē. 48.

Cur aurib' sonātib' nā dictāte oēs imisso digito succur
rimus: p̄lm spiramētū mouētes: Qz audiēdi diducto spi-
ramēto distraheē q̄ in ipso fuit spūs: q̄ sonitū faciebat: s̄z
aliquaten' a valido ēt motu attenuat' egrediē. 49.

Cur syluestres stirpes admodū frōdose ⁊ valide sūt: Qz
ex ip̄a vi nāli gignanē atq̄z ꝯsumenē: nō aūt arte aut agri
colatiōe: ⁊ ne q̄dē aq̄ multitudie: aut hūoris vbertate pu-
bescūt: ⁊ coalescūt p̄ut domestice q̄s aliq̄s edicas effemi-
nat: aut veluti quidā aiunt: ꝙ syluestriū q̄dez terra perin-
de ac mater est: domesticarū vō nouerca. 50.

Cur feminis in vesica calculi sero gignuntur: Qz vesice
collum magis amplum maribus habeant: vt mingendo
eyciant quod superfluum sit. 51.

Cur muscloꝝ obliq̄ sectiōes medicatu difficiliores ⁊ re-
ctis sūt iformiores: Qz tnes q̄s villos vocāt: neruose mul-
te secenē: siq̄dē nā neruū olfariū in multos extendēs vil-
los in rectos attexuit: ita carnē sicut subtegmē stamini: ⁊
musculū aiali figura fecit ꝯsimilē ip̄mq̄z porro in vnū co
gēdo fecit reciprocū ei corridētē neruū noiatuz tenontē:
quē ad terminū p̄creauit iux̄ articulos mouētiū p̄ticula-
rū: sed qm̄ nō poterat molle duro statim ac sine medio co
pulari: qn̄q̄dē ꝯtria sūt: p̄ ossa ac medullas p̄genuit neruo-
saz q̄dā p̄ticulā: q̄ ꝯiūctio nūcupaē: i qua tenōtis finē cō-
iunxit. vn̄ a ꝯiūgēdo sindesmos. i. ꝯiūctio ē appellata. vbi
aūt op' erat ingētē ⁊ validā trahere p̄ticulā: velut crus il
lic teretē ac globosuz affixit musculū: quo vi z ad mouēdū
multā ip̄se admitteret: vbi vō exiguā ⁊ ibecillaz: vt palpe
brā: aut epiglotida illic musculū q̄si cartilaginosuz cōpa-
rauit: q̄ vi mouendi multa nō egeat: ⁊ p̄inde iuxta p̄por
tionē mobili particule musculus quoq̄z gigniē. 52.

Cur aliq̄ fascināt ⁊ p̄sertim pueros: Qz multo facillime
excipiāt affectū: ⁊ nāe ꝯuersionē: id vō est h̄ꝯ factū: q̄dam
ex multa aie vitiositate nāam hn̄tes bonos isectari imēsa
vitiositatis inuidia: ita icitanē vt virulētus aliq̄s: ac tabefa
ciēs radius ab ip̄soꝝ pupilla erūpat: q̄ si ex oculis cuiquā
aliq̄d inuidētis in quēq̄ȝ exierit eius aiam: ac nām in malū
tēperamētū subuertit: ⁊ hūores in putredinē: ⁊ in morbū
adducit eoꝝ corpora: inde ēt multi purgati custodiunē: ⁊
deuitāt morticinia inspicere: vidēdi siq̄dē radij ad morti-
cinia abeuntes p̄ refractionē referūt ingnationē quandā
ob oculos ad aiam ac nām. pueri igiē ꝙ faciles sint natu-
re ad afficiendum statim capiuntur. 53.

Cur aliq̄b' valde tussiētib': aut vomētib' lumina in stel
laꝝ faciez pre oculis eoꝝ elucēt: Quia valida itus collisio
pectoris: ⁊ stōchi hūida sursuz v'sus p̄trudit cū spiritibus:
que p̄ oculos trāseuntia vidēdi p̄turbāt spūs: q̄ extrorsus
re ip̄sa reddit imaginē: q̄ si late euaporatio diffundaē lō
ga vidēt: sin rubidū i auri modū fulgētia: ꝙ si a pituita fu
mosuz p̄sus albicātiū figura ⁊ colore apperētia vident.
Ceterū in freneticis: ex ip̄so cerebro inuidēdi sp̄s vapo-
res penetrāt: q̄ suffusione inflāmari eadē iuentur. 54.

Cur aque potores visu sunt acutiores: Quoniaz multū
vinum spiritalibus fumis videndi spiritū perturbet. idez
in ceteris euenit sensibus. 54.

Cur q̄ cesijs oculis sūt i lippitudib' mag̃ dolēt: nec ferre
obstipationē p̄it: Quia crystalliosuz hūidū: ⁊ oculoꝝ hūc-

trationes foras erũpũt:ꝛ ob ꝯfacilẽ affectũ ẽt lõge mag̃ sub
sensũ cadũt:at q̃ nigris sũt ocul̃ ob ꝯtrariũ minꝰ sentiũt. 56.

❡ Cur q̃ vtcũqȝ vomũt vtplĩm pituitã exhauriũt:q̃ ĩpẽsius
bilẽ:deide ẽt sãguinẽ? Qꝛ valida vtẽtes ꝯuulsiõe q̃ itus pe-
nitꝰ isederũt exhauriũt. pituita certe cũ crassa sit ĩformis
est:ꝛ exigua irritatio ipsaȝ ad vomitũ mouet:si aũt bile re-
dũdauerit vẽtris amplitudine celeriꝰ pituita exaurit̃. naȝ
q̃ in venis sũt succi hõ ĩ purgatiõibꝰ hãc faciũt exinãitio-
nẽ. nã siq̃dẽ ipa puidẽs qȝ in pniciosis hũoribꝰ purgatiõe
corpꝰ idigeret:venaꝝ terminos in alui latitudinẽ demitti
absolutiqȝ voluit:veluti in vuluã euaporãtẽ purgationẽ:ꝛ
in podicẽ ꝛ nasuȝ p cũ q̃ ex morbis nascit̃ haustũ ora nãli-
ter deseruiẽtia claudit in oẽ tps tãtisp quoad opportuni-
tas aduocarit. in acutaꝝ igit̃ febriũ occupatiõe a vi expul-
soria spõte diducta mouẽt i magnas venas ꝛ arterias hu-
morẽ iminẽtia:aut p vẽtrẽ:aut p os:exhibitis aũt purga-
torijs vi redãplificata purgatorio ad trahẽdũ cedũt. nam
cũ in ipo pip q̃dẽ calȝ sit ꝛ scamõia:ꝛ si q̃d fere tale:qȝ nã
calĩm sit:meatꝰ apiũt:ac siq̃d aliud spe calȝ est in ipso spe
ciatim:ꝛ nãlr vnũqdqȝ demũ trahit succũ suũ vt iã dcm.
sanguis ãt vtpote ipsiꝰ nãe suꝰ ab ipa nã retẽtꝰ p viȝ attra
ctus postremo exhaurit̃ in extremis purgationibꝰ. 57

❡ Cur sarcinas minus onerose in sinistris ferimus cũ sint
dextris imbecilliores? Qꝛ magis dextra vtpote validiora
sinistris succurrũt:ꝛ aliquatenus onus leuãt piter aggra-
uata:at leua vtpote imbecilla id facere nõ pñt. 58.

❡ Cur syphonẽ sugentes vinũ aut aliud q̃duis hũidũ euo
camꝰ? Qꝛ inq̃ȝ nõ labioꝝ suctꝰ hũidũ euocet:sȝ ianis vis:
syphonis. n. spiramẽtũ aere tenuiũ ptiũ corpe ibutũ fuit:
ꝛ qm̃ ipose corpora duo eẽ simul eodẽ tpe ꝛ eodẽ mõ hũo
rẽ inq̃ȝ ꝛ spm̃:ꝛ neq̃dẽ locꝰ ꝛ regio vlla ꝛ corpe inanis. ois
siq̃dẽ regio aut solidũ ambit aut hũidũ:aut flatũ: necesse
fuit p suctũ aeris a syphõe euocati ꝯseq̃ hũorẽ inãis mini
tatõe. Ƀ idẽ scito igit̃ factũ ꝛ i fistula:iniecta siq̃dẽ i ipsaȝ
lana cũ spũ pariter educit atqȝ ita porro ianis minitatiõe
vna hũor euocat̃:idẽ patiunt̃ obtorta vasa q̃ medicinalia
dñr:necnõ cucurbitula Ƀ attrahit mõ. nã iniectꝰ ignis dif
fundit q̃ in ipo est aerẽ:eũ attenuãs:ꝛ inde exhaurit:atqȝ
ita postea iniecta corpori:ꝛ igne extincto:ꝛ inani loco per-
manẽte sanguinẽ hãc attrahere neẽe est inanis minitatio-
ne:ꝛ oino cũcta attrahẽtia Ƀ eodẽ pacto se suggerũt:neqȝ
est ꝙ calor ipse attractor sit neqȝ oris suctꝰ veluti fistula
demõstrat ob neutrũ hoꝝ eliciens vt thapsie abusus:ꝛ a
valido imbecillum:ac proprietate vt a magnete ferrum:ꝛ
sanguis ab articulis.

GLOSA.

❡ Hoꝝ vasoꝝ meminit ẽt heron de spiritalibus. 59.

❡ Cur nãles q̃dẽ potẽtie nobis cognate sũt:aiales aũt acq̃
siticie? Qꝛ nãles q̃dẽ appetitiua inq̃ȝ:retẽtiua:distributi-
ua:ꝛ expulsiua:ꝛ ad ipaȝ vitã viuẽdũ respiciũt qȝ neẽũ ẽ
hñtes. q̃ ãt aiales:ꝛ sub sensũ cadẽtes ꝛ motrices ad bene
viuẽdũ sũt accõmodate:nec eaꝝ vlla nõ nutricãdo mem-
brũ adducit corruptõeȝ:sȝ nõ mouẽdo:aut nõ vidẽdo:aut
nõ audiẽdo neutiq̃ȝ:mortẽ tñ parit:i pectore nãqȝ pp suf-
focatiõis iminẽtiã ppetuo motꝰ ifluxu suscitat̃ vt ei iole-
uisse videat̃. at nãles potẽtie hũc tenorẽ hñt ꝛ nũerũ hac
de cã:cũ enim nutricatio ꝛ sanguis fridus sit nõ fuit pose
spm nutrite adherere pticule:oportuit igit̃ vim eẽ rursus
appetẽteȝ:qm̃ oẽ alteratũ ꝛ trãsmutatũ corpꝰ Ƀ diu patit̃
ab alterãte ꝛ faciẽte:idqȝ nõ absqȝ tpe necesse fieri scdaȝ
vim retẽtiuã ad suppetẽdũ alteratiõi sanguinẽ:ꝛ q̃diu sa
tis sit reliq̃ ẽ tertia alteratiua:q̃siq̃dẽ ꝯcoquẽs alteratiua
est vtilẽ sãguinẽ pticule accõmodat:si ita foras tulerit ner-
uo:iutilẽ aũt relinq̃t:q̃ remanẽs nõ mõ iter retegit:ꝛ spira
mẽta future scdẽ attractionis sanguinis ad nutrimẽtũ: sȝ
ꝑmanẽdo intabescit:nõ dubiũ igit̃ q̃n neẽio q̃rta q̃dã fa-
cta sit vis expulsiua q̃ p icertã spiratiõnẽ:ꝛ sensibilitateȝ:
queqȝ p sudores sup̄fluũ expellat. Hic igit̃ est tenor ꝛ nu-
merꝰ nãliũ potẽtiaꝝ. Nosce aũt expedit vt in nõnullis q̃-
dẽ ptibꝰ sũt:q̃ viȝ eq̃lẽ hñt:vt in neruo ꝛ vena:ꝛ osse i q̃bꝰ
pticulis actio peculiaris tñ erit:ꝛ i q̃busdã ita vna ẽ edu-
cta vt nõ vna dũtaxat ꝓpa sit actio:sȝ ẽt cõis iniecta toti
corpi:vt in aluo ꝛ iecore magis distributiua extẽdit̃ vis
ꝛ actio in liene:ꝛ stõchoꝛ:ꝛ fellis vesica:ꝛ renibꝰ pcipua est
appetitiua:in ceteris aũt vt in vesica expulsiua eminet:in
vulua aũt retẽtiua. dñant̃ itidẽ ꝛ i q̃nqȝ sensibꝰ aialia q̃dã
alijs:q̃dã alijs excellant:vt in cane q̃dẽ vis odora:in aq̃la
oculoꝝ acies acuta:in eo aũt q̃ ꝓgeustes appellat̃:idica
inq̃ȝ alali:gustus sagacitas:i serpẽtibꝰ porro ꝛ q̃busdã aui-
bus tactꝰ sollertia:in apris vͦ auditꝰ ꝓstat sensus. 60.

❡ Cur q̃nqȝ dũtaxat sunt sensus:ꝛ nõ plẽs aut pauciores?
Qꝛ ad nãȝ ꝛ nũerũ eoꝝ q̃ sub sensuȝ cadũt sũt sentiẽdi in-
strumẽta:tactꝰ siq̃dẽ expit̃ aspa ꝛ leuia:ꝛ dura ꝛ mollia:q̃
in solidis sũt q̃litates. gustus dulce ꝛ amarũ ac salsuȝ:ꝛ id
genꝰ alia q̃ in hũidis sũt ꝛ siccis. olfactꝰ qȝ male qdqȝ hñ
olet q̃ in euaporatiõibꝰ iueniunt̃. auditꝰ soniuũ ꝛ fragoꝝ
ẽ explorator:q̃ circa aeris ꝯsant̃ collisionẽ. visus colores
diiudicat q̃ in tenuissimo ꝛ etheris lucido spũ sũt colloca
ti:solidũ siq̃dẽ effusam hũidũ efficit̃:hũidũ porro vapor:
vapor aũt aer:aer vͦ ether ꝛ tenuis spũs. ꝓinde ac catena
q̃dã est ꝛ series q̃ a terra celo tenus adoleuit:differũt pla-
ne aer ꝛ spũs motu ꝛ tenuitate:siq̃dẽ spũs aer est motꝰ sic
in vẽtis est videri:motus porro neẽũȝ ẽt tenuat̃. 61.

❡ Cur in ossis corruptiõe adiacẽs caro iuenit̃ squalida sca
briosa:liuida? Qm̃ corruptio orit̃ a mẽbris distẽpantia:
distẽpantia porro corrũpit:ꝛ viȝ distributiuã offẽdit:ipsa
igit̃ nequit legitimã ꝛ solidã gignere ac rubicundã carnẽ:
siquidẽ sanguis a natura nõ transmutatur. 62.

❡ Cur colũna vel aliud põdus in aq̃ȝ ꝓiectuȝ sũmergit̃:in
asseres aũt q̃d vis cõiectũ nequaq̃ȝ vt in nauigiũ? Hõȝ ꝙ
maximã viȝ hñs aer ob leuitatẽ:subiẽsqȝ asserũ spiramẽ-
ta inatare has facit vtcũqȝ onus habeãt impositũ. colũna
nãqȝ aut ferrũ cũ obstipata hẽat spiramẽta:ꝛ ob Ƀ q̃ddã
graue sit:nõ inatat:qm̃ spm̃ nõ admittit:ita eni ꝛ in mari
demersi ob hoc certe sũmergunt̃:deide post aliquot dies
inatãt. iter putrescẽdũ eni corpꝰ ex eo spũs gñat̃:qui spira
mẽta replẽs:ꝛ pulmõis brãchia leue ad inatãdũ corpꝰ effi
cit:idẽ ẽt ferũt quẽdã apõ mare sicariũ idipsuȝ cognoscẽ-
teȝ. itaqȝ cede facta cesoꝝ pulmonẽ desecuisse atqȝ exce-
pisse:deide in aquã ꝓiecisse:ne morticinia possent inata-
re:ꝛ ob Ƀ diu latuisse:illesa q̃ȝ oua in aquã ꝓiecta sũmer-
gunt̃:q̃ aũt illisa ꝛ excussa inatãt:queqȝ in ipsis sũt hũida
in aquã dispersa:ꝙ putrefacta:ꝙ aquosa:ꝙ spumosa spi-
ritibusqȝ refertissima euaserint pariter inatant. 63.

❡ Cur in ethicis anteq̃ȝ assumat̃ cibꝰ aliquãtulũ aq̃ medi-
ci ꝓbent? Quo solida mẽbra exiccata hũectent̃:ꝛ ad cibĩ
solidi excipiẽdã nãm fiant idonea:ita eni ꝛ edificãtes aq̃
murũ ꝯspergũt:atqȝ ita calcem madefaciunt. 64.

❡ Cur in ardẽtibꝰ febribꝰ q̃ ꝑiodicos. i. cõprehẽsiȝ ꝛ in cir-
culũ egrotãt exhorrẽt? Qꝛ patẽtibꝰ spiramẽtis calor extror
sus expiret:dẽsatis aũt itrorsus itrocludat̃ excẽdẽte:igit̃
extrorsuȝ q̃ in nobis ẽ calore frigꝰ exorit̃:atq̃ correptis p
frigus corporibꝰ horrores exoriunt̃ atqȝ cõsistunt. 65.

❡ Cur frigus infestũ est ossibus:dẽtibus:neruis? Qꝛ terre-
stris ꝯcretionis sint hec oia. atqui frigidũ terrestre est. fri-
gefacta igit̃ distẽperamẽtũ subeũt atqȝ ledunt̃. 66.

❡ Cur in cũctis trãsmutatis genitũ deterget gignẽtis ꝛ di-
stribuẽtis coloreȝ? Qꝛ trãsmutãtes sũt potẽtie nãles quas
nã ꝓcalluit ihabitare solidis vt in solidis sint pticulis: in
neruis inq̃ȝ:ꝛ ossibus:ꝛ venis:ꝛ omẽtis:ꝛ arterijs neqȝ in
hũoribꝰ:neqȝ in spiritibꝰ:vtpote fluidis ꝛ ifirmis:ꝛ ꝓcli-

uiter vires depromētibꝰ.nā cū oē corpꝰ ex his tribꝰ ꝯstet:
solida certe coloris albi sunt nō iniuria.igit̄ in vrina ꝯco/
ctio alba ē:⁊ pus:⁊ lac:⁊ semē:⁊ mucus:lippitudiesq̄ʒ ⁊ la/
cteū in aluo nutrimētū ⁊ id genꝰ alia:sāguis aūt ruber:cū
qð ipm gignit iecur sit rubrū.sane genitoꝝ q̄dā oīno ꝫ na
turā sunt vt calculus:⁊ lūbrici:⁊ vmes ⁊ podagrarū spira/
mēta:⁊ ex pituita salsa ipetigies ⁊ vitiligines q̄ leuce dr̄n:
⁊ sīlia:ex corrupto aūt succo ortuʒ hr̄tia ea oīno ꝑm nām
sunt:vt semē:⁊ lac:⁊ sanguis:⁊ fetꝰ:⁊ caro: ⁊ hꝰ q̄ a nā pro/
creant̄ germina legitima: q̄dā porro media īter ea sūt q̄ a
nā ⁊ q̄ ꝫ nām sunt:q̄ nāe ꝯcoquētis supfluitates dici pñt.
sputū inq̄ʒ ⁊ stercꝰ ⁊ vrina:⁊ lachryme ⁊ collecta in auribꝰ
sordes:⁊ lippitudines:⁊ sīlia.egregia vo tēpamenta nāles
potētias gignūt ⁊ aīales vt qdā putāt:aut ipsaruʒ vt verꝰ
est sunt instra:ad instrī sigdē adeptionē vis ēt se exercet:
ita.n.⁊ neruis in cithara:aut vocibꝰ in tibijs examussiʒ di/
gestis optime se artifex exercebit.male āt digestis nō ex
snia se exercebit vbi ipse qdē nihil patit̄:potētia vo arteʒ
hns ꝯseruatā:⁊ nō vtiq̄ʒ actu.ita igit̄ ēt cerebro si ita cōti
gerit eo ꝑ oīs tēperamētū subuerso aīa rōnalis nihil se ex/
ercebit:ꝑ sese aūt imota manet poꝰ:vtcūq̄ʒ sit in actiōe ꝑꝑ
id qð imortale in ipsa est.Cōcinno ḡ tēperamēto īsignita:
quā hʒ vim ad actū recte depromit:actiones aūt opus ipꝫ
atq̄ʒ effectū:veluti calm̄ ⁊ hūidū tēperamētū iecoris vim
sanguinariā ꝓcreat:aut vt putāt aliq custodit:sanguinaria
vo vis sanguinis copiā gignit:sanguinis aūt copia effectū
ipm sanguinē ostēdit:possibile aūt ꝑ resolōnē ⁊ ipedimen
tū dicere si fuerit sanguis ꝯseruat̄ sanguinis copia:sinaūt
quoq̄ʒ hec sit vis sanguinaria:ꝙ si ipsa ꝯseruat̄:nō dubiū
quin etiā iecoris tēperamētū qð si bonū tēperamētū con/
seruat̄:tēperamētū quoq̄ʒ elemētariū suppetet. 67.
❡ Cur acetū i vuluā imissuʒ ifestū est: Or sit maxime sub
sensum cadēs vulua ob imēsaʒ in semine excipiēdo volu/
ptatē:⁊ q2 est admodū neruosa:⁊ q2 imoderate ad feturaʒ
inhiat.acetū igit̄ acore ipsam lancinās ⁊ carpēs offendit:
quēadmodū ⁊ thoracē cū omentosus ⁊ musculosus sit.q/
dā aūt aiunt ꝑ quādā ꝫriā passionē infestū esse:enarrātes
vtpote medicātē aliqn̄ pariēdi locuʒ tegere mulierē mer/
cedis grā acetū cū alia aliq̄ spe istillātē:ob ħ huīt puerpe/
riū couulsuʒ ⁊ valde dolēs:dissimulās aūt id qð est cura/
re istillauit q̄dā rursus illi loco:⁊ ipsaʒ habuit ꝯualescētē:
⁊ id furatrix faciēs cām ꝓbuit ipictatis in postremis suf/
focationibꝰ:qdā aliq̄ hn̄ olentia depromūt vulue: alia vo
putētia naso ipsaʒ aiataʒ eē rati vt grauiter qdē olētia fu/
giat:ad hn̄ olētia vo ꝓcurrat:⁊ ꝑinde se ad suū locuʒ reci/
pere.At mihi potiꝰ vident̄ hn̄ olētia cū tenuiū sint partiū
po tētie ⁊ calle secare ⁊ distrahere glutinosum eiꝰ hūoris q
est in vulua morbosi:grauiter aūt olētia qppe q̄ crassaruʒ
sūt ꝑtiū poꝰ spiramēta obtegere:nec ipsaʒ sinere vt excur/
rat.ceteꝝ comitiali morbo laborātibꝰ ꝓlapsuʒ gignūt gra
uiter olētia velut pēne cōbuste lapis gagates:bitumē:cor/
nu ⁊ oīno lane suffimenta:picata exusta:lapis thracias aq̄
qdē exustus:oleo aūt extinctꝰ.delata.n.ꝑ nares ꝑtiū crassi
tudo euaporās crassum reddit ⁊ cōpescit aīalē spūm iam
crassitudinē ⁊ friditatē ꝑcipiētē ineptūq̄ʒ ad agēdam aīe
spūm aīalē efficit.corpꝰ igit̄ ab aīa non euectū suoq̄ʒ one/
re pressum atq̄ʒ couictū ꝓcidit atq̄ʒ ꝓcumbit. 68.
❡ Cur q̄litate ꝫria eādē faciūt passionē: Pariter nāq̄ʒ fri/
giditas ⁊ caliditas rigoreʒ exuscitāt:id plane ob aliā atq̄ʒ
aliā cām:ac affectionē fit.sigdē a flaua bile rigor: qppe q̄
acris est:a qua lācinata ⁊ cōpūcta mēbra ad egestionē su/
scitant̄:qð cū ꝑpetuo factū est: vt hec qdē fluitet ⁊ pūgat.
hec vo suscitent̄ ꝑ successuʒ gignit̄ rigor:q fit ab imodera
to quoq̄ʒ algore extrarie nāe mēbroꝝ trāsmutatiōe:⁊ ꝯti/
nue isurgētiū ad egerēdū:qð.n.moderatū id mēbroꝝ na/
ture amicū est:imoderatū porro alienuʒ atq̄ʒ ꝑniciosum:
itidē ⁊ in frigido licet intueri:orit̄ aūt ꝑmo frigus:deinde
horror ꝯsequit̄:exinde qð adhuc maius est rigor. 69.
❡ Cur vinū cū pane in febre ⁊ in debilitate exhibemꝰ:nec
tn̄ vini caliditate febrē exacuimus: Qm̄ ꝑmo qdē paucū
ꝓbemus ⁊ exile:vt eger mediocri caliditate succēsus ꝯfe/
stim per oīa mēbra reficiat̄ accedēte panis potētia:ac ita
mēbra nutricās ipsoꝝ vires exacuit ad morbosi succi cō/
coctionē.Itē vinū quoq̄ʒ nutriēs roborat.Licet sane tibi
īspicē hec duo pre oībꝰ nutrimētis ꝓꝑetatē q̄dā ad nutri
cationē ⁊ mēbroꝝ robur moderate tradita hr̄e: sic̄ ⁊ lōge
diuinitate q̄dā excellētissimus Homerꝰ astipulat̄ igens.
Et cibus ⁊ vinum vires roburq̄ʒ ministrant.
Cōparauit aūt cibū vino ꝙ solus absq̄ʒ vino possit nutri/
care.Vinū aūt solū absq̄ʒ pane nutricare nō pōt:qð si cul
pa aliq̄ obuenerit pōt hoc mēdosa mēbra corrigere:⁊ hec
duo odoris sui q̄litate sucta pñt roborare transmissi ꝑ na/
sum:⁊ stōchū:⁊ pulmonē:⁊ oīno ꝑ mēbra.silr ēt pomū q̄li
tate sua icorporea roborat.mansuʒ vo ⁊ panis:vt eēntia ⁊
q̄litate.acetū porro ⁊ puleiū deficiētē istaurāt aīuʒ: id ꝓ/
pterea ꝙ succi q i stōcho est q̄litatē secēt.olfacta id fac̄ ac
roborat acetū:⁊ vitiū pāpini:⁊ myrtꝰ:⁊ rose:⁊ hꝰ alia in fe
bribꝰ olfactu sucta mētē q̄ʒ pñt aīare atq̄ʒ istaurare. 70.
❡ Cur oleū nulli humori ammiscet̄: Or cū sit glutinosuʒ:⁊
crassarū ꝑtiū:⁊ ꝯcretū:in tenuesq̄ʒ ꝑtes minime sectile si/
cut cetera humida:alteri hūido nō cedit in ꝑfundēdo: ac
cū alijs remiscēdo.sane q̄ sibi adherescūt ꝑ tēperamētuʒ
coeūt velut eīntoꝝ q̄litates ꝑmas vbiq̄ʒ hn̄tia itercēptas
q̄litates:⁊ alias ꝓcreatas:q̄ rursus possint a nā separari ⁊
ꝯseruari:mulsuʒ aūt ⁊ oxycraton nām qdē imitant̄:q̄ sen
su qdē ꝑ tēperamētū eē existimata sūt:sʒ re ipsa nō sunt:⁊
q̄tū ad nām attinet in tēperie substātialr̄ sunt:quēadmo
dū eīnta alia ꝑ appōneʒ vt hydroleon:alia ꝑ mixtionē vt
ordea frumētis:alia miscent̄ ꝑ ferruminationē vt lapis la/
pidi:alia ꝑ astrictionē ⁊ silitudinē vt sāguis carni:aut me/
dulla ossi:alia ꝑ anfractū:ac cōmissurā: vt lignū ligno per
anfractus quosdā medios reuinciunt̄:alia ꝑ deuinctioneʒ
iter se atq̄ʒ cōplexū vt circꝰcirco alligat̄:in rebꝰ aūt aīatis
velut in luctātibꝰ.at mō hoꝝ nullo corpori aīa cōmiscet̄
ꝑꝑ mlta q̄ adducerent̄ absurda.Verūenimuero potiꝰ ꝑ ac/
cōmodationē adheret corpori aīa:medio q̄dā qð amboꝝ
nāe aliquatenꝰ capax ē:⁊ amicabilr̄ creatū:⁊ sapiēter edi/
tū:id vtrūq̄ʒ ammiscet corpori icorporatuʒ:imortale cor/
ruptibili:purū ipuro:diuinuʒ terreno: sic̄ rō nobis dictat
atq̄ʒ demr̄at.in iecore eni ꝯcocto sanguine:ac trāsmutato
ab ea q̄ ibidē est moderata caliditate ⁊ hūiditate vaporo/
sus spūs ꝓcreat̄:q ꝑ cauā venā penetrās cuʒ sanguine ad
cor:⁊ impēsius calescēs ⁊ attenuatus aerosus euadit:⁊ rur
sus ꝑ carotidas arterias remissius ad cerebri accessuʒ nāe
ꝓuidētia:ibidēq̄ʒ ꝓꝑietate q̄dā nāli sub cerebri fridita/
te istitutus imoderatū feruorē eyciens:etheri simillimus
spūs euadit:q aīe ad actionē est instrʒ:quēadmodū ferus
equus sub freno rectꝰ atq̄ʒ moderatꝰ: ita ⁊ is freno corre/
ctus ab ieffabili vi q̄dā nāe.Interea loci aer quoq̄ʒ ꝑ re/
spirationē subiens in corde tenuatus:⁊ ꝑ arterias ad cere
brū penetrās nutrimētū ꝯstituit̄ etherei ⁊ aīalis spūs: qð
si corpꝰ est:corpꝰ ēt accoluis.sinaūt tenuissimus:⁊ purilatis
simus:⁊ maxie ꝑspicuꝰ amat certe ipm aīa rōnalis corpꝰ
qdē vtcūq̄ʒ q cq d id ē icorporeū ⁊ vīculū medio iteriectū
iter extrema essentiā hn̄tia ꝫriā.hic spūs recte quidē resi
dēs cuncta aīe suggerit ꝑ rōnē admistrāda:q si imodera/
te inalgescat ⁊ ꝯcrescat crassescatq̄ʒ: ⁊ ad firmā aīe actio/
nē minime fiat idoneꝰ:iteriores ⁊ lāguidiores emittit effe
ctus.Cū aūt imoderatissime inalguit: crassusq̄ʒ factꝰ est ⁊
iam oīno corpꝰ:hāc ꝑꝑ eēntie ieptitudinē in iteritū ducit

ſicut in litargis ⁊ attonitis: ⁊ in frido℞ veneno℞ potione: ſed rurſus cū imoderate icaluit: ⁊ ꝑter deco℞ cōmouet: aīaʒ ad imoderatꝰ aliqd ꝑagēdū adigit iux̄ aīe in delirijs actiones. ꝙ ſi adhuc in eo excedat: ac multiplicet: aīaʒ q̄ʒ abolebit ꝓ id qḋ nō adſit vtrūqʒ deuinciēs. Uerū ⁊ aliū dei ſpeculemur effectū. nā cū hāc a corpore celeſti ⁊ diuo miſſaʒ: terreno corpori oporteret icludere: opiſiciū ⁊ corporis colorē ac figurā q̄ ad ipſaʒ faceret ſapiētiſſime commētꝰ eſt: q̄ñ qdē caput ipʒ globoſuʒ ꝯfinxit ꝑinde atqʒ puſillū qḋdā celū: cerebrū aūt plucidū ⁊ ſplendidū ꝯſtruxit: ſpiramēta ei ſeptē tribuit: in aſtro℞ errātiū numerū ꝯfingens: necnon vniuerſum corpus voluit excellere ⁊ in toto corpore eminere: ac ipſum cōtinere ſicut celū circūquaqʒ cuncta cōprehēdit que oriunt: queqʒ intereunt. 71.

